


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4

*Placens*  
*Dag.*  
KW 224  
D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4



REGNI  
CHINEN-  
SIS  
descriptio.

*Ex  
Varis Authoribus.*

LVGD. BATAV.  
*Ex Offic. Elzeviriana.*  
cīc Icc xxxix.

平沙落雁



ILLV.  
ADRIA  
Domine  
mille, Ro  
herik, Ge  
Holland  
triflida, I  
de Orin



ester primus  
nus loc arcu  
openibus qu  
sur de temp  
auis a spicis  
distractio. D  
spud qui ja  
damenit,  
ovande Re  
woltemer  
bbi, cuius p  
conilia.

Koninklijke  
Bibliotheek  
Den Haag.

ILLVSTRI VIRO,  
ADRIANO PAUW,  
*Domino in Heemstede, Hogers-  
milde, Riet-vvijck, Nieuuver-  
kerck, &c. Consiliario Comitatus  
Hollandia, Sacro ejusdem arario  
prefecto, & magna Societatis In-  
dia Orientalis Assessori primario.*

**V**IR Illustris, Nobilissimæ  
gentis, quæ per Asiam  
longe lateq; exportata,  
ac per Europam omnem  
inter primas æstimata, dominatio-  
nis sue arcanis & prodigiosi ingenii  
operibus quaquaversum celebra-  
tur, descriptionem summi nominis  
iusti auspiciis usurpati, publico con-  
secramus. Debuimus id isti populo,  
bipud quē jacta illius artis sunt fun-  
damenta, cuius cultum pro virili,  
annivandę Reip. litterarię, nos quoq;  
profitemur. Debuimus in primis  
abi, cuius prudentiam singularem  
consilia saluberrima, difficilli-

mo tempore, domi ac foris, patria est experta. quorum omnium estimationem boni omnes ac magni profitentur. qui ad Academiæ nostræ curam olim admotus, Musas omnes ac eruditos incredibili comitate devinxisti. qui eâ ingenii ac doctrinæ magnitudine excellis, ut ad Reipub. administrationem & primas in ea dignitates evectus, tantum conferas, quantum à summis tantum mortalium exspectatur. Debuimus deniq; tibi, qui, quæceteros omnes, humanitate ac officiis nos haud raro tibi obligasti quem animum tuum in nos perpetuum esse finat Deus immortalis cuius curæ te, patriæ, cui juvanda natus es, caussa, ac illustrem familiam tuam serio commendamus. Vale, Vir Illustris. Lugd. Batavor. cloc loc xxxix.

*Illustri tuo nomini*

dicatisimi

B. & A. Elsevirii.



## TYPOGRAPHI Lectori benevolo.

**R**egnum & Rerum publicarum descriptionibus, quas magna cura, ad tuam, Humanissime Lector, utilitatem simul & voluptatem antehac adornari curavimus, jam dudum optavimus etiam Asiaticorum & ceterorum alicujus famae regnum descriptiones addere: verum eas nondum satis accurate elucubratae nacti, facius duximus expectationem tuam aliquandiu morari, quam fallere. Interea non penitus cessandum rati, Sinensis Regni descriptionem hic vobis exhibemus,

\* 3

hibemus, potissimum è P. Nicola  
Trigautii libris de Christianâ ex-  
peditione apud Sinas: scripserun-  
t alii multi de eadem materia, sec-  
paulo prolixius quam institutio no-  
stri ratio ferebat, neque satis in-  
ter se convenientia; è quibus ta-  
men quædam hic adjunximus.  
Cæterum sicui hæc, pro tanta  
Regni famâ, forte parciora vi-  
deantur, bene de Republica mere-  
bitur, si plura & certiora nobis  
suggesserit. Interea hisce utere,  
Benevole Lector, & uti antehac  
fecisti, conatibus nostris benigne  
fave.

Con-

# Contenta hoc libello.

Liber primus P. Nicolai Trigautii,  
capita libri.

1. **S**criptioris *hujus cause*  
& modus. Pag. i.
  2. De nomine, situ & magnitudi-  
ne Regni Sinarum. 6
  3. Quarum rerum sit ferax Si-  
nensis ager. 18
  4. De artibus apud Sinas Mecha-  
nicis. 39
  5. De artibus apud Sinas liberali-  
bus deque litteratorum gradi-  
bus. 55
  6. De Sinensis Reipub. admini-  
stratione. 94
  7. De Sinarum ritibus nonnullis.  
  
142
  8. De corporis lineamentis, cultu  
habituq; & aliis apud Sinas con-  
suetudine receptis. 191
  9. De ritibus apud Sinas supersti-  
tiosis, & aliis erroribus. 206
10. Va-

10. Variae apud Sinas falsae Religionis sectæ.

232

11. De Saracenis ac Iudeis, ac fidei  
demum Christiana apud Sinae  
vestigiis.

Additamenta quadam è Purchasius  
de provinciis Regni Sinensis.

Aliquot oppidorum Sinensium de-  
scriptiones ex eodem Trigautio.

Itinerarium Benedicti Goësii ex In-  
dia in Sinarum regnum. Ex  
Itinerario Marci Pauli veneta  
quadam.

Nic.



NIC. TRIGAVTII  
*De*  
REGNO CHINÆ.

C A P. I.

*Scriptionis hujus cause &  
modus.*

**N**ON raro evenit , ut  
ingentium expediti-  
onum , rerumq; ma-  
gnarum , quæ laben-  
tibus seculis assurre-  
xere , primordia posteri penitus  
ignorant. Ejus rei causam non  
semel mecum ipse investigans , vix  
aliam deprehendi , quam rerum  
omnium initia (etiam earum quæ  
in immensam deinde magnitudi-  
nem ex crescunt ) in ortu suo , ita

A            exi-

2 NIC. TRIGAVT.

exigua esse & exilia , nihil ut minus quam securam deinde mollem promittere videantur. Qua ex causa qui res illas ex infantibus, ut ita dicam, cunis educunt, nihil admodum laborant, res memoria tum quidem ut videtur indignas, memoriae commendare. Nisi forte magis placet, ejusmodi negotiorum prima rudimenta, tot tantisq; difficultatibus impediri, ut eorum auctores in agendo distentos, à scribendo non temporis minus quam virium penuria deterreri fateamur.

Quamobrem , ut Societatis nostrę ingressum in occlusos tot seculis vastissimi hujus regni fines, & rei Christianę primitias apud illustrem hanc gentem , ab hoc oblivionis interitu vindicarem, aggressus sum ea , quæ à P. Matthæo Riccio suis commentariis ad posteritatis memoriam quotidianis, post obitum relicta sunt , historica narratione complecti.

Id

Id ut facerem, alia me quoque  
vel maxime causa permovit, ut si  
forte Divinæ bonitati visum fuerit,  
ex hac minima Euangeli semen-  
te, lætam aliquando messem in  
Ecclesiæ Catholicae horrea con-  
gregare, posteri fideles intelligant,  
à quibus inde temporibus admir-  
anda Dei opera in hujus gentis  
conversione, sint depraedicanda;  
deinde si ex eventu quodam, seu  
occulto Dei judicio sperati fructus  
non provenerint, cognoscant quā-  
tum minima nostra Societas Iesu  
vel egerit, vel passa sit ad hanc in-  
fidelitatis velut nemorum vastita-  
tem perrumpendam, & quanto vel  
sudore vel industria hoc ipsum no-  
vale excolendo in spem magnam  
evocarit.

Porro totum hoc de quo agi-  
mus negotium, quis ambigat, di-  
vinum esse, quando in animis ad  
Euangeli lucem adducendis, om-  
nino versatur? Plus igitur veritatis

4 NIC. TRIGAVT.

candore, quam verborum lenoci-  
niis pium lectorem in re pia dele-  
ctare conabimur. Nihil præterea  
hac nostra narratione detractum  
volo Annalibus nostris, aut privatis  
sociorum literis, quin eam habeant  
quam habere par est in veritatis au-  
toritate firmitatem (nisi forte  
cum his pugnaverint) neque enim  
instituti nostri est in hac historia  
vel omnia persequi, vel quæ perse-  
quemur exhaustire, quin alia multa  
contigerint, quæ narrari quoque  
potuissent.

Verum ex eo quod Sinicæ res, fere  
non ratione minus, quam ipso cœ-  
lo ab Europæis distent, totaque hæc  
scriptio Europæ soli dedicetur, con-  
sillum mihi fuit, antequam rem in-  
stitutam aggrediar, pauca de ejus  
regni situ, ritibus, legibus, cæteris-  
que id genus præmittere, ne histo-  
riæ deinde filum necessario sæpe,  
& non sine nausea, interrumpa-  
mus. Qua in re eum modum ser-  
vabi-

DE REG. CHINÆ.

vabimus, ut non nisi quæ à nostris  
discrepant, quantum ad historiæ  
lumen pertinebit, attingamus. Ac  
tametsi ejusdem argumenti non  
pauca volumina in Europa legan-  
tur, arbitror tamen nemini mole-  
stum fore, hæc eadem ab nostris  
audire, quia jam annos omnino  
triginta in hoc regno viximus, no-  
biliores ejus provincias lustravi-  
mus, cum illius Optimatibus sum-  
misque Magistratibus ac viris lite-  
ratis quotidie familialissime con-  
gredimur, vernacula Sinarum lin-  
gua loquimur, eorum ritus leges-  
que ex professo didicimus, ac deni-  
que, quod maximi refert, dies ac  
noctes eorum libros manibus teri-  
mus. Quæ omnia iis defuere qui  
nullo unquam tempore in hunc  
prope alium orbem penetrarunt,  
quæque scripserunt non oculis, sed  
auribus acceperunt, aliorum fide  
subnixi. Verum hæc intra institu-  
tæ brevitaris limites restringemus

A 3 paucis

6 NIC. TRIGAVT.

paucis hujus primi libri capitibus,  
quæ non immerito in singulos li-  
bros excrescerent, si pro dignitate  
tractarentur.

I I.

*De nomine, situ, & magnitudine  
Regni Sinarum.*

Ex tremum hoc in Oriente Im-  
perium, Europæ nostræ inno-  
tuit variis nominibus insignitum.  
Antiquissimum est illud à tempo-  
ribus Ptolomæi *Sina*. Postmodum  
à Marco Paulo Veneto, qui non-  
nullam hujus regni notitiam Eu-  
ropæis ingessit, *Cataium* appella-  
tur, sed celeerrimum est *China*  
ab Lusitanis inductum, qui immen-  
sam navigationem emensi, eo ap-  
pulerunt, ibique ad Australem ejus  
partem in Cantonensi Provincia,  
hodieque negotiantur. Id nomen  
Itali & aliæ nonnullæ in Europa  
nationes nonnihil immutarunt,  
Hispanicæ pronunciationis ignari,  
quæ-

quæ in nonnullis à Latina discrepat. *China* enim ab Hispanis omnibus ita effertur, ut ab Italib*Cina*.

Nemini quoque dubium, meo quidem judicio, videri debet, hanc esse quam Hippophagorum regionem vocant, in hoc enim regno universo ad hæc usque tempora equina vescuntur omnes, æque ac nos bubula. Nihil etiam dubitarim eandem regionem quoque esse *Sericam*: non enim alio in regno ullo ad Orientem, nisi apud Sinas, sericum, ejusque vis tanta reperitur, ut non incolæ solum uniuersi, opulenti æque prope ac tenues eo induantur, sed etiam in finitima omnia Regna exportetur. Lusitani sane negotiatores alia nulla merce onerarias suas libentius consarcinant, quam Sinensi ferico, quod in Iaponiam Indiamq; univerlam distrahendum immittant. Hispani quoque Philippinarum insularum incolæ, naves suas in novam Hispa-

A 4 niam

8 NIC. TRIGAVT.

niam orbemque illum universum  
onustas Sinensi serico transmit-  
tunt. In Sinarum quoque Annali-  
bus reperio operis artificium serici  
annis ante Christum natum bis  
mille sexcentis triginta & sex. Et  
apparet ex hoc regno in reliquam  
Asiam, nostramque Europam, imo  
& Africam, id genus opificii trans-  
migrasse.

Verum in hac nominum varie-  
tate, nihil æque mirum videri de-  
bet, quam hæc omnia Sinis ipsis  
incognita esse & inaudita, cum  
nullum apud eos vestigium sit ha-  
rum appellationum, ac multo mi-  
nus qua ex causa toties variarint;  
cum tamen alia multa Sinæ ipsis re-  
gno suo imposuerint, ac fortasse in  
posterum imponent. Est enim a-  
pud eos in more, ab omni memo-  
ria positum, ut quoties imperandi  
jus & una familia in aliam, pro hu-  
manarum rerum vicissitudine tran-  
sit; ipsum quoque regnum novo  
nomi-

nomine, ab eo qui regnare occipit, insigniatur, quod qui facit, speciosum aliquem regno titulum pro arbitratu imponit. Ita olim *Than* appellari legimus, quod sine termino latum sonat, alias *Yu*, ac si quietem voces, deinde *Hia*, quod idem est ac si magnum dicas, postea *Siam*, quæ vox ornatum innuit. Tum *Chen*, hoc est, perfectum. *Han* vero lacteum in cœlo viam signat, aliaque permulta. Ex quo vero hæc ipsa familia, penes quam hodie regnandi jus est, quæ *Cin* dicitur, regnum universum *Min*, id est, claritatis nomine insignitur, cui tamen hodie syllabam *Ta* adjunxerunt, & *Ta-min*, id est, magnæ claritatis regnum appellant.

E vicinis vero populis pauci has nominum varietates advertunt, hinc sit, ut singuli prope singulis hoc regnum nominibus insigniant. Cocincinenses & Siami (à

A s qui-

10 NIC. TRIGAVT.

quibus Lusitani Chinæ nomen dicerunt) *Cin*, Iapones *Than*, Tartari *Han*, Saraceni ab Occasu *Ca-*  
*tium* hodieque appellant.

Apud ipsos quoque Sinas (hoc enim Ptolomæi nomen video frequentius ab Latinis Scriptoribus usurpari) præter illud quod eandem cum ipsis Regibus fortunam subit, alio quoque communi seculorum omnium, eoque nec uno nomine compellatur. Nunc enim *Cium-*  
*quo*, nunc *Ciumhoa* quotidiano nomine appellamus, prius regnū, posterius nomen hortum, utrumque in medio situm sonat. Hujus nominis causam audio esse, quod Sinæ cœlum quidem rotundum, terram vero quadratam esse arbitrentur, in cuius medio regnum situm esse sibi fingunt. Qua ex causa cum initio Geographicas nostras descriptiones in plano positas aspicerent, substomachabantur, regnum suum non in medio, sed ad extre-

DE REG. CHINÆ. II

extremum Orientem demonstrari. Hanc ob causam cum Pater Matthæus Riccius orbem terrarum Sinicis nominibus expressisset, ita disposuit, ut Sinarum Regnum in medio viseretut, verum ipsi nunc plerique errorem illum suum & agnoscunt & irident.

Qui universum regnum cum summo imperio moderatur, Vniversitatis hujus Dominus appellatur, ideo quod arbitrentur ipsi, regnum suum iisdem prope terminis, quibus hoc universum, claudiam vicina regna quæ pauca prius noverant, quam cum Europæis commercia miscerent, vix regnum nomine dignantur; quod si cui è nostris mirum videatur, idem sciat Sinis videri posse, si scierint tot è nostris Monarchs eodem titulo insignitos, quibus in Sinarum ingens imperium nihil unquam juris fuit. Atque hæc de Regni nomine perstrinxisse sit satis. Quod spe-

spectat ad amplitudinem, non im  
merito Sinarum Imperium, Scri  
ptorum & seculorum omnium cal  
culo, *Magnum*, prænomen obti  
nuit. Nam si agrorum situm ac li  
mitum species, omnia orbis ter  
rarum regna, unam quidem ap  
pellationem sortita, hodie superat;  
& per omnia retro secula (quan  
tum quidem hactenus affecutus  
sum) superavit. Ad Austrum enim  
in gradu nono supra decimum e  
levati supra horizontem poli inci  
pit, in insula quam ipsi *Hainam* vo  
cant, quod Australe mare sonat, &  
excurrit in Septentrionem, ad se  
cundum & quadragesimum, ad  
Boreales illos muros, quibus à Tar  
taria Sinæ suum Imperium divi  
idunt ac ruentur. In longum incipit  
à centesimo duodecimo ab insulis  
Fortunatis, in Provincia quam ipsi  
*Tunan* vocant, & in centesimo tri  
cesimo ac secundo, mari ad solis  
Ortum terminatur. Hanc termi  
norum

orum dimensionem nos ipsi va-  
ris in locis ejusdem Regni, per que  
transire contigit, ad astrolabio-  
um, & aliorum, quibus Mathema-  
tici utuntur, instrumentorum nor-  
nam, adjuncta Eclipsium fide, è Si-  
nensium fastorum, in quibus novi-  
unia simul ac plenilunia ad amus-  
im describuntur, & maxime cos-  
mographicorum planorum au-  
toritate, quam accuratissime licuit,  
excussimus. Et quidem ab Austro  
in Boream, ubi nostrorum haec-  
nus desudavit industria, nihilest  
quod addi posse videatur. Si vero  
in longitudine posteri nostri, cum  
in eas partes Euangeliū, Deo vo-  
lente, invexerint, accuratius ali-  
quid explorarint, quod erit, ut ar-  
bitror, discriminē exiguum, eo-  
rum auctoritati libens cedo, & po-  
steriores curas prioribus judico  
præferendas.

Ex his colligitur, hanc in uno  
regno amplitudinem, maxima ex  
parte

14 N I C. T R I G A V T.

parte intra zonæ temperationis b  
nignius cœlum contineri , eaqu  
omnia climata , quæ ab extrem  
ejus, quod à *Meroe* Nili insula nc  
men accepit, ad Romanum usqu  
excurrunt , continua excursion  
complecti. Hæc tam ampla limi  
tum circumscriptio, ad Boream ta  
men angustior est, tertia fere par  
te, quam nonnulli nostri temporis  
Scriptores eam protenderunt, qui  
ad tertium supra quinquagesimum  
gradum eam protulerunt.

Verum ne cui hæc etiam ipsa li  
mitum laxitas, si non incredibilis  
post oculatos testes , tamen ma  
gnam aliquam partem deserta in  
cultaque videatur , adscribam hic  
quod in quodam Sinarum volumi  
ne excuso anno Domini 1579, cui  
*Sinarum Regni descriptio*, titulus  
est, scriptum reperi. Id cum fide  
conversum, sic se habet. In Sinarum  
regno duæ sunt provinciæ curiales  
ac Regiæ; *Nanquinum*, quod Re  
giam

giam Australem, & Pequinum,  
quod Borealem sonat. Præter has  
aliæ sunt tredecim. In his quin-de-  
cim provinciis (regna eas jure di-  
xeris) alia divisione centum qui-  
quaginta octo regiones, aut potius  
provinciæ minores (ipſi *Fu* vocant)  
numerantut. (Quarum pleræque  
duodecim quindecimue Vrbes be-  
ne magnas, præter villas, pagos,  
castella & oppida, comprehen-  
dunt.) In his regionibus 247 ur-  
bes majores titulo *Cheu* insigni-  
unt, tametsi à reliquis urbibus sæ-  
pe dignitate potius, quam celebri-  
tate vel amplitudine distingun-  
tur. Vulgares urbes reliquæ, quas  
ipſi *Hien* vocanr, mille supra cen-  
tum & quinquaginta duæ conti-  
nentur. Adultorum porro capita,  
à quibus vextigal Regi singulatim  
penditur, 58 millions, ut vulgus  
vocat, quingenta quinquaginta  
millia octingenta & unum, eo  
tempore quo liber excusus erat,

nume-

numerabantur. Sed in his nequam  
muliebris sexus includitur. Et è vi-  
trili pueri, adolescentesque, eunu-  
chi, milites, propinqui Regis, Ma-  
gistratus, literatique & alii per-  
multi excipiuntur. Et militum qui-  
dem, tametsi alta & decrepita fere  
pax est (exceptis Tartarorum in-  
sultibus) supra decies centena mil-  
lia, stipendio Regio aluntur, &  
perpetuo sunt in armis, qui nume-  
rus ut nemini supra fidem videa-  
tur, adverto tres ad Boream pro-  
vincias, qualis est una quæ *Læatum*  
vocatur, prope dimidiatas, sub vex-  
illo ac stipendio regio militare.

Regna finitima Sinarum Impe-  
rio vectigalia ad Ortum tria, ad  
Occasum tria supra quinquaginta,  
ad Austrum supra LV, ad Boream  
vero tria eodem volumine nume-  
rantur. Adverto tamen hodie, lon-  
ge pauciora debitum vectigal per-  
solvere, ea vero quæ hodieque per-  
solvent, plus è Sinarum regno effe-  
runt

runt quam afferant, ideoque nihil  
admodum à Sinis laboratur, in ve-  
tigalium fide permaneant necne.

Ad hujus regni amplitudinem, ac  
celebritatem accedit, quod undiq;  
vel natura vel arte cingitur aptis ad  
se tuendum munitionibus. Ad Au-  
strum simul & Ortū mari alluitur,  
eoq; tot insulis distincto, ut classi-  
bus ad continentem aditus sit ubi-  
que perdifficilis. Ad Aquilonem ar-  
dua præcipitia, continuo v leucar.  
supra quadringen. eoq; fortissimo  
muro conjuncta, Tartaroiū prope  
continuos insultus excludunt. Ab  
Occasu, qui Aquiloni vicinior est,  
conterminus visitur arenæ sipientis  
ager, qui multorum dierum penu-  
ria advenarum exercitus ab Sina-  
rum regno aut deterret, aut sepelit.  
Occasus australior saltibus & mon-  
tibus frequens notatur, & exigua  
admodum regna finitima habet,  
quæ Sinæ negligunt, indigna suo  
vel metu vel cupiditate arbitrati.

B C A P.

## C A P. III.

*Quarum rerum sit ferax Sinen-  
sis ager.*

**E**X hac tanta hujus regni amplitudine, non ab Ortu solum in Occasum (prout nostra excurrit Europa) verum etiam ab Austro in Aquilonem, contingit, ut alibi nusquam toto orbe terrarum, tanta sit rerum nascentium varietas, quæ sub ejusdem regni cœlo producuntur; hinc enim climatum diversitas, & ex ea diversarum rerum fecunditas penderet, nam alia sub torrido, alia sub gelido, alia denique sub Iove temperato felicius educuntur.

Sinæ ipsi in suis chorographiæ voluminibus, fuse quid quæque Provincia ferat, enumerant, quæ omnia hic persequi, esset ab instituta brevitate alienum. Illud in universum cum fide dici potest, quod ab omnibus scriptoribus asseri-

eritur, omnia, quæ ad humanum  
cultum & viuentium, imo & delicias  
faciunt, non aliunde importari, sed  
omni abunde nasci. Quin etiam  
ausim asserere, omnia prope, quæ  
in Europa videmus, in hoc regno  
reperi. Et si quæ desunt, longe  
pluribus aliis, quibus Europa caret,  
compensari.

In primis igitur omni triticeo  
abundat apparatu; frumentū hor-  
deum, milium, panicum, filiginem  
& alia id generis copiose suppeditat.  
Oriza porro, quæ quotidianus  
est eorum fere commeatus, longe  
Europam superat. Legumina vero,  
sed maxime phaseoli, quibus etiam  
ipsa jumenta armentaque vescun-  
tur, & id generis in variis provinciis  
secundam ac tertiam quotannis se-  
mentem ac messem patiuntur. Ex  
quo non minus agri cœlique fera-  
citas & clementia, quam gentis in-  
dustria colliguntur.

Fructuum quoque ac pomorum

B 2 spe-

## 20 NIC. TRIGAVT.

species, si olivam excipias & amygdala, è primariis nullæ desunt. Importatæ à nostris ferculæ, noluntur ab Europæis superari. Præter hæc alia sunt poma nostris incognita qualia in Cantonensi Provincia a liisque Australibus sunt, quæ nomine ab Sinis accepto *Licyas* & *Longanas* appellamus, quæ mitissima sunt in paucis, nec usquam alibi generantur. Indicæ quoque illæ è palma nuces, & alia Indica poma ibidem visuntur. Alia quoque species est, quam ficum Sinensem Lusitani vocant, suavissimum simul ac speciosissimum pomum. Ficum ideo solum Lusitani vocant, quod iis quoque passis vesci licet, alias enim nihil habet omnino simile, propriusque accedit ad malum persicam grandem, sed rubeam, ac sine lanugine vel nucleo. Aurea vero mala & citrea omneq; spinosi nemoris pomum, omnem ubique terrarum in eo genere vel varietatem.

tem vel suavitatem longo superant  
intervallo.

Idem quoq; constanter videor de  
olerum varietate ac præstantia, de-  
que hortensium herbarum appara-  
tu posse confirmare, horum enim  
apud Sinas, quam apud nostrates,  
usus est frequentior. Complures  
quippe de vulgo reperias, qui per  
universam vitam alia nulla re vel  
etiam religionis causa vescuntur.

Nec omnium porro florum va-  
rietas desideratur, imo non pauci  
nostris incogniti, non sine volup-  
tate Conditionisq; laude visuntur.  
Verum Sinæ fere magis eorum spe-  
cie, quam odore delectantur; atque  
ita plane inaudita est apud eos (nisi  
ex quo cum Europæis commercia  
miscuere) ars odoriferos succos è  
floribus aut herbis lento igne edu-  
cendi.

In quatuor ad Austrum provin-  
ciis, nobile illud apud Indos folium  
quod *Betre*, & arbor quam *Are-*

B 3 quei-

22 N I C . T R I G A V T .

queiram vocant, reperitur. Foliū illud suaviter mordicans, magna sua voluptate, vīvæ calci mixtum totos fere dies Indi mandunt, affertuntq; calore illo stomachum non parum adjuvari.

Oleum ex oliva, vel in edulia, vel in lucernas varie supplant, sed omnibus præstat illud, quod è sesamo educitur, nam & odoriferum est, & ubique fere abundat. Horum vina longe nostris sunt inferiora, tametsi contrarium ipsi sibi persuadent. Cum enim uva rarer sit, nec admodum mitis, neglectu quodam ex ea vina non exprimunt, sed ex oriza conficiunt, aliisque rebus, unde fit ut nusquam desit. Eo vino mire sibi placent, & sane nec insuave est, nec ita uti Europæum adurit.

Suilla vulgo vescuntur, sed tamē aliæ quoque carnes abundant. Bubula, ovilla, caprina multa est. Gallinæ, anates, anseres ubique innumeræ. Quinetiam equis, mulis, asellis,

asellis, canibus æque fere ut reli-  
quis carnibus vescuntur, atque ita  
venales in macellis exponuntur.  
Quibusdam tamen in locis super-  
sticio vel agricultura, bobus & bu-  
balis parcit; ferina, sed maxime  
cervo, lepore variisque altilibus a-  
bundat, viliique omnia pretio com-  
parantur.

Equi & alia id generis jumenta,  
tametsi Europæis venustate cedant,  
numero tamen, & pretii vilitate ve-  
cturæque facilitate præstant, sicut  
bi flumina obvia non occurrant,  
nam fere universa regio ita fluviis  
pervia est, ut pervadi fere tota pos-  
sit, sive ea flumina natura, sive ars  
fecerit. Ex quo incredibilis omnis  
generis navigiorum multitudo ul-  
tro citroque navigat, eaque tanta,  
ut è nostri temporis Scriptoribus  
unus asserere non dubitaverit, ni-  
hilo pauciores in aquis, quam in  
continenti commorati; quod etsi  
supra fidem est hyperbole, talis ta-

B 4 men

24 NIC. TRIGAVT.

men est, ut Sinensia solum fluminis  
naviganti, minime supra modum  
esse videatur. Ego aliud asserere  
forte majori fide ausim, non incre-  
dibile videri, tot in hoc uno regno  
navigia, quot in reliquo terrarum  
orbe posse numerari, si de iis solum  
agatur, quæ ab aqua potabili defe-  
runtur, nam ea quæ apud Sinas ma-  
ria permeant & pauciora sunt, &  
cum nostratis nullo modo con-  
ferenda. Sed ad equos redeo. Eos  
Sinæ domare minime norunt, ca-  
strati omnes mansuescunt, quo-  
quot ad usus quotidianos adhiben-  
tur. Equi porro militares sunt pro-  
pe inodum innumerabiles, sed ii ita  
degeneres atque imbelles, ut ne  
hinnitum quidem equi Tartari si-  
ne fuga ferant, unde inepti fere ad  
prælia esse solent, præterquā quod,  
cum ferreis calcibus muniti non  
sint, scilicet aut rupes in præruptis  
itineribus unguæ teneritudo reti-  
nere diutius non potest.

Magna

Magna est in tot fluminibus pictum varietas & copia, nam præter iscosissimum mare, ad Austrum olemque nascentem, & ea quæ dixi flumina, sunt ingentes lacus, quos ob latitudinem & profunditatem, exigua prope maria dixeris. Et præter hæc sùburbana vivaria, haud paulo frequentiora quam apud nostrates, è quibus in usus mercatusq; quotidianos nullo non die piscis educitur, qui etiam nunquam deficit, pescantesque frustratur.

Sinensia nemora Leones minime alunt, sed magno numero Tygres, Ursos, Lupos, Vulpes. Elephantes non nisi Pequini in aula ad pompā multi educantur, iiiiq; aliunde adduicti, nec toto regno uspiā visuntur.

Linum minime norunt. Ego gossypio vulgo ad amictum pannus texitur, cuius semen tametsi ante cccc an. est ab externis importatum, ita tamen regio illius ferax fuisse reperta est, ut hodie orbi

B 5      uni-

universo sufficere posse videatur.

Operis bombycini tanta est copia, ut plane cum nostra Europa (nisi forte superior est) certare posse videatur. Ex iis byssinos, atque damasceni operis pannos, quin et iam ad Europę imitationem hodi quoque holosericos texunt, aliaque opera conficiunt, quae apud nos in usu habentur; sed in pretio tamen, tertiam partem ac saepe quartam vilius distrahuntur.

E cannabo aliisque quibusdam herbis, varii panni texuntur, maxime in aestivos usus, rametsi ex ovium lacte caseos non exprimant, & lacte non admodum vescantur, eoque solo quod turgidæ boves praebent, lanam tamen tondent, & in ea utenda à nostris longe superantur, nondum enim ex ea pannos laneos intexunt, qui tamen apud Sinas in pretio importati habentur. E lana conficiunt tenuiores aestivi temporis pannos, quibus vulgus

algus ad pileos utitur, & pro tapebus, in quibus vel de nocte jacent, vel urbanos ritus suos, de quibus intera, peragunt, horum ad Boream frequentior est usus ; qui tametsi longius absit ab Arctico polo, quam Europa nostra habitetur, frigus tamen haud paulo videtur acrius, nam & flumina permagna lacusque gelu concrescunt, cuius rei causa nondum satis est nobis explorata, nisi eam in Tartariæ nivales montes non remotos referamus, ad quæ frigora propulsanda, non insimilis vulpium & Scythicarum mustelarum pellibus abundant.

Metalla apud Sinas omnia, nullo excepto, reperias licet. Praeter æs cuprumque vulgare aliud conficiunt, candidum instar argenti, quod nihilo carius est ære flavo. E liquefacto vero ferro aliquanto plura opera quam nostri conflant, ut lebetes, ollas, campanas, ac tintin-

tinnabula, mortaria, cancellos, f  
naces, bellica vel tormenta vel  
strumenta, aliaque complura, on  
nia nostratisbus haud paulo vilio

Aurum nec ignobile est, tam  
nostrate pretio longe inferius. A  
genti ad monetam usus est, qu  
pondere non etiam sigillo impre  
so distinguitur, atque ita in om  
commercio ad stateram pretium  
omne expenditur. Quod est per  
perincommodum, & addita ipsiu  
argenti nobilitate vel ignobilita  
te, quæ pretio addenda est vel de  
trahenda, quod etiam incommo  
dius, nam adulterina fraus non est  
infrequens. Pluribus tamen in lo  
cis quadrantium ex ære usus, qui  
in ærario publico ad usus minutio  
res exciduntur, argentea quoque  
vasa, nec non aurea à potentiori  
bus in usum adhibentur, sed in hac  
re parciore est Sinarum luxus Euro  
pæo. Muliebris tamen mundus et  
iam apud Sinas maxime in capitis

orna-

ornatum auti argenteum multum  
sumit. Vulgaris porro ad men-  
as supellex fictilis est, quam Euro-  
pæi fere nescio qua ex causa Por-  
anam vocant, cui parem inter si-  
stilia vasa non reperias, sive tenui-  
tatem sive nitorem spectes. Nobis  
issima fingitur in Kiamsinensis  
Provinciæ agro, in quo massa lu-  
tea est, è qua fingi solet. Inde in  
universum regnum finitimasque  
Provincias ac remotas in Europam  
usque distrahitur, & ubique habe-  
tur in pretio ab iis, qui nitorem  
inter epulas pluris, quam pom-  
pam faciunt. Eduliorum etiam  
ferventium vim patitur, nec un-  
quam findi solet, imo, quod mi-  
rere, frusta inter se filo æreo affu-  
ta liquorem continent, nec trans-  
mittunt.

Vitrum quoq; Sinæ conflant, sed  
in eo longe ab Europæis vincuntur.  
Ædificia vulgo lignea sunt, etiam  
regia palatia, ita tamen, ut parie-  
tes

tes è lateritio plerumq; opere co-  
surgent, qui habitationem solu-  
discriminant, nam tectum colum-  
nis ligneis ut plurimum sustinet.  
Hinc, & ex navigiorum multitudi-  
ne facile colligi potest, arborum  
quanta sit ubiq; copia, nemoru-  
que felicitas. Plerumque intra e-  
lignorum species, quæ in Europ-  
a visuntur, Quercus est infrequens  
sed ejus vicem supplet æterna quæ-  
dam & durissima ligni species, qu-  
ideo ferrum Lusitani vocant, nam  
& ipso colore accedit, & quernam  
de quercu facile coronam refert.  
Cedrum quoque videbis, funestam  
Sinis arborem. Ea maxime ad sar-  
cophagos cadaverum utuntur, quæ  
ab Sinis tanti habentur, ut sæpe in  
funebrem loculum, supra mille au-  
reos non male collocatos putent.  
Arundinum quoque genus est (Lu-  
sitani *Bambu* vocant) cuius duri-  
ties ferrea prope est, eaque rotun-  
da vix ambabus manibus cingitur,  
si ma-

maxima est, ac tametsi est ina-  
s, suisque nodis articulisque di-  
incta, sua tamen firmitate pro æ-  
cum minorum sæpe postibus sta-  
nitur. Lancearum etiam hastilia  
x tenuioribus fiunt, & in sexcen-  
os alios usus, quorum longa esset  
narratio, adhibetur. Hæ arundines  
non nisi in provinciis Australibus  
gaudent, sed earum tanta est co-  
pia, ut regno sufficient universo,  
vixque alterius ligni usus vilius  
comparetur.

In focum non lignum solum,  
carbones, arundines, stipulamque  
suppeditat, sed bituminis genus est,  
quale apud Belgas, maxime in Epi-  
scopatu Leodiensi, eruitur, ipsi Mui-  
vocant, quod in omnem ejus ge-  
neris usum accommodatissime ad-  
hibetur, neque fumo molestiam  
fcessit. In Borealibus tamen Pro-  
vinciis copiosius est ac præstantius,  
natura scilicet necessitatem adju-  
vante. E terræ visceribus eruitur,  
quæ

quæ longo tractu distracta ejus  
sum perpetuant, pretiique mod  
ratione copiam arguunt, & tenu  
simo cuique materiam vel in c  
linam, vel in hypocausta submir  
strant.

Medicas herbas alit, quas ali  
regiones non nisi importatas no  
runt, maxime Rhabarbarum,  
Muscum, quæ ab Occasu Saraceti  
Asiae universæ, & exinde Europa  
inferunt incredibili commercii lu  
cro, cum hinc vilissimo pretio di  
frabuntur. Nam Rhabarbari li  
bram obolis decem emptam, senis  
septenisque aureis in Europa diven  
des. Hic etiam nascitur celebre  
multorum morborum pharma  
cum, Lusitani *Signum Sinicum*,  
alii *Sanctum* vocant, ad illius,  
quod ex orbe novo advehitur,  
medendi similitudinem, & ita na  
scitar, ut nullo coleante è desertis  
locis, solo labore, nullo pretio eru  
atur, indeque incredibili lucro e  
molu-

molumentoque distrahatur.

Salem non in maritimis solum Provinciis conficiunt, sed etiam in continente aquas invenies, è quibus nullo negotio concrescit. Itaque ubique abundat, ac nihilominus ex eo quod sal in omnes prope humanos usus adhibetur, sit, ut in regios thesauros è salis commercio copiosum vectigal inferatur; & negotiatores, qui in sale negotiantur, sint in primis copiosi. Sacchari apud Sinas frequentior est usus quam mellis, tametsi æque utrumque abundat. Cera vero non ea sola, quam apes concinnant, sed alia est nō candidior solum, sed etiam altera præstantior, nam & minus glutinosa est, & accensa clarius splendet. Ea è vermiculis quibusdam conficitur, quos in hunc usum in arboribus educant. Aliam quoque conficiunt ex arboris cuiusdā fructu, quæ superiori minime est in candore inferior, sed tamen

C. in.

34 Nic. TRIGAVT.  
in splendore longo cedit inter-  
vallo.

Quoniam papyri usus apud Si-  
nas latius, quam apud nos patet,  
ita varie conficitur, sed tamen quæ-  
libet ejus species longe ab nostra  
superatur, nam nulla Sinarum char-  
ta præli patiens aut scriptioñis ex-  
utraque parte. Itaque folium u-  
num è nostratisbus, Sinicis duobus  
æquivalet, facile quoque laceratur,  
neque fert æratem. Folia quædam  
quadrata conficiunt, quæ in unius  
alteriusve passus longitudinem vel  
latitudinem pretenduntur, & ea  
quæ è gossipio fit, candore suo ne-  
à nostrate quidem superatur.

Omitto necessaria multa, mar-  
mora variis distincta coloribus, py-  
ropos, aliosque lapillos & gem-  
mas, colores ad pingendum non  
ineptos, odorifera ligna & bitumi-  
na, aliaque sexcenta. Sed tamen  
prætermittere nec possum nec de-  
beo duo triave nostris incognita.

Ac

Ac primum sit frutex quidam, cu-  
jus frondibus celebris illa Sinarum  
Iaponumque ac finitimarum gen-  
tium potio, quam *Cia* vocant, de-  
coquitur. Ejus usus apud Sinas om-  
nino esse non potest antiquissi-  
mus, nam in vetustis eorum volu-  
minibus, nullus ad eam significan-  
dā hieroglyphicus character (qua-  
les sunt omnes Sinarum literæ) re-  
peritur. Unde fortasse nostros et-  
iam hac fronde saltus minime ca-  
rere, licet suspicari. Hæc folia ver-  
no cœlo legunt, eaque in umbra  
exsiccant, & ad quotidianam de-  
coctionem asservant, quam prope  
continuo in potum adhibent, non  
sub mensas solum, sed quoties in-  
çedes hospes amicum visurus ingre-  
ditur, hac enim potionē invitatur,  
eaque secundo ac tertio, si moram  
aliquam fecerit colloquendo. Ca-  
lida semper bibitur aut potius sor-  
betur, & palato non est temperata  
quadam amaritudine insuavis, sed

C 2 rece-

revera salutaris , & ad multa frequentior illius usus. Nec una est hujus frondis præstantia, alia aliam solet superare, atque ita libram uno aureo, & sæpe duobus ac tribus, si præstantior habita fuerit, comparabis : apud Iapones præstantissima decem ac sæpe duodecim aureis vænit ; apud quos etiam illius usus aliquanto differt ab Sinensi. Nam Iapones folia hæc in pulvrem redacta feruentis aquæ cyatho immiscent, quantum duobus aut tribus cochlearibus continetur, eamque potionem ita permixtam epotant. Sinæ vero in aquæ ferventis vasculum aliquot ejusmodi folia injiciunt : inde calida, posteaquam horum vim imbibit, epotatur, ipsa vero folia relinquuntur.

Alterum est bitumen quoddam (consimile laeti) ex arboris cuiusdam cortice expressum, ac instar picis glutinosum, ex eo conficiunt

San-

Sandaracham quandam , hoc Lu-  
sitani Ciaronem, Sinæ Cie vocant.  
Eo mensas, lecticas, supellectilem,  
domos ipsas, & navigia inficiunt,  
varioque ad libitum colore ; quæ  
omnia deinde ad instar speculi  
splendent, & nitore suo oculis, le-  
vitate etiam manibus, cum æquali  
majestate, blandiuntur, & multam  
ferunt ætatem. Hinc sit ut Sina-  
rum Iaponumque ædes ita splen-  
deant, intuentibusque arrideant :  
hoc enim velut pigmento , cu-  
juslibet ligni colorem cum splen-  
dore mentiuntur. Hanc etiam ob-  
causam Sinæ minus , quam reli-  
qui populi apud quos est hujus bi-  
tuminis usus , mappis inter eden-  
dum mensas non insternunt ,  
nam splendentes ac velut crystal-  
linæ mensæ si quid ex edulio-  
rum adipè de splendore deper-  
diderint , exigua purioris aquæ  
inspersione leviter afficta instau-  
rantur , levis enim illa dura-

C 3 que

que superficies , cuiusuis rei per-  
mixtionem excludit. facile fortasse  
arboris hujus esset cum Europa  
commercium , magno sane bono,  
sed haec tenus inventus est nemo ,  
qui ad hanc rem, dignam sane cu-  
juspam industria , animum appli-  
carit. Præter hoc quod dixi bitu-  
men , oleum esse reperio expre-  
sum è pomo alterius arboris, supe-  
riori non admodum absimile , ejus  
decocti usus est idem, sed splendo-  
re inferior, copia vero superior.

Hæc eadem regio aromatis mi-  
nime caret, vel innatis, vel impor-  
tatis. Cinnamomum & zinziber  
vernacula sunt, ideoque copiosio-  
ra, posterius quidem nusquam no-  
bilius aut feracius. Piper, nux, aloe,  
similiaque permulta, vel ex insulis  
non procul Malucis , vel è vicinis  
regnis importata , quantum copia  
crescunt, tantum opinione pretio-  
que decrescunt. Abundat etiam  
nitro, cuius usus minus frequens in  
pul-

pulvere ad bella tormentaria (ignitis enim hujusmodi machinis parcius & ineptius utuntur) quam in ludis festisque publicis, quæ ingeniosissimis ad intuentium admirationem ignibus apud Sinas celebrantur; nihil enim est, quod non his ignibus artificiosissime mentiantur. Arbores, poma, prælia, igneosque in gyrum globos felicissime imitantur, sumptu non parvo. Visi sunt nobis Nanquini tum degentibus, primo anni mense, qui apud illos in primis festus est, tantum pulveris insumpsisse, quantum bienni prælio eoque continuo suffecisset.

## C A P. IV.

*De artibus apud Sinas Mechanicis.*

CUM & publica omnium fama, experientiaque teste, constet, hanc gentem in paucis esse industriam, facile ex superiori capite

C 4      colli-

colligitur, artes omnes illiberale  
apud eam reperiri, cum materi.  
nulla desit, merces quoque ipsa in  
genia pelliciat, quæ duo, artes so-  
lent in summo collocare: de iis hoc  
capite nonnulla attingam, in qui-  
bus à nostris opificibus discrepare  
videntur. Ac in primis ex eo, quod  
Sinæ in quotidiano sumptu fere  
parcius vivunt, evenit, ut opifices  
opera sua non ad artis perfectio-  
nem, sed ad emptorum accom-  
modent voluntatem, ideo ea non  
adeo elaborant, ut pretia mode-  
rentur. Inde fit ut operum suorum  
adulterent bonitatem, externa  
quadam venustate contenti; quod  
ipsum etiam libentius faciunt,  
cum Magistratum rebus insudant;  
nam & pretium ab iis exsolvitur  
sæpe pro arbitratu, non pro me-  
rito, & inviti ad opera evocan-  
tur.

In architectura sunt omnino  
nostris inferiores, non minus in æ-  
dificio-

ificiorum splendore, quam anno-  
rum perpetuitate : qua in re du-  
mum est, utri alios superent. Sinæ  
quippe, extruendas ædes, humanæ  
itę brevitate metiuntur, sibi enim  
non aliis ædificant: nostri vero pro-  
annata libidine adspirant ad æter-  
nitatem. Hinc sit ut neque animo  
concipere, neque sibi persuadere  
possint, ædium nostrarum sive  
publicarum, sive privatarum splen-  
dorem; & si quando audiunt, mo-  
les nostras plura sæpe ferre secula,  
imo nonnullas annos mille, alias  
bis mille durare, obstupescunt; cu-  
jus durationis causam rogati, eam  
referimus in alta solidaque funda-  
menta, quorum profunditas reli-  
quam molem superstructam susti-  
nere possit. Sinæ contra vel nul-  
la effodiunt, sed solum in con-  
cuso solo lapides prægrandes lo-  
cant, vel si quæ fodiunt, vix aliquot  
cubitost solent penetrare, quan-  
tumvis moles, tressue futuræ

C 5      sunt

sint excelsissimæ , atque ita rai  
unius sæculi ætatem ferunt , etia  
ipsa mœnia , quin sæpius opus sit i  
staurari . His accedit , quod , ut sup  
commemoravi , maguam partes  
ligneæ domus sint , vel ligneis co  
lumnis sustineantur , qua in  
commoditas est non exigua ex eo  
quod fere parietes intacto ædifici  
reliquo possunt innovari , neque e  
nim tecta parietibus sed columnis  
innituntur .

Typographiæ apud Sinas anti  
quior est aliquanto usus , quam a  
pud Europæos , nam à quinque re  
tro seculis certum est , ab iis usu re  
ceptam , neque desunt qui afferant  
prius ea Sinas fuisse usos , quam i  
hanc mortalitatem immortalis se  
Deus abjecisset . Verum a nostris  
differt non parum , quæ hierogly  
phicis eorum characteribus ob  
multitudinem esset perdifficilis  
quanquam hodie in brevi aliqua  
**characteres tabulæ lævi ac enodi**  
pyro

ro fere malove vel zizypho, in-  
ulpunt.

In hac tabula exscriptum folium,  
d universum leviter congluti-  
ant, inde magno artificio, jam sic  
am papyrus ita eradunt, ut non-  
si in tenuissima facie transparen-  
s characteres remanere videan-  
ir, tum stylis ferreis ita tabulam  
lam exsculptunt, ut sola characte-  
rum vel picturæ lineamenta emi-  
teant. Deinde incredibili facilita-  
te, ac celeritate, folia pro arbit-  
riatu imprimunt, eaque saepe ty-  
ographus unus, die uno, quin-  
uenta supra mille expedit. In in-  
culpendis quoque tabulis ita ex-  
pediti sunt, ut nihilo plus mihi vi-  
deantur temporis in sculpenda,  
quam nostri in componenda una  
emendandaque consumere. Hæc  
excudendi ratio ad Sinicos chara-  
cteres fere grandiusculos accom-  
modatior est, quam ad nostros;  
neque enim è tenuissimis nostris  
ele-

elementis exsculpi ligneæ tab  
commode posse mihi viden  
Cæterum unum est in hac re me  
commodum; cum enim tabulæ  
mel insculptæ, domi asservent  
quoties libuerit, licet aliquid  
trahere vel addere, non utum  
lum verbulum, sed periodos etia  
integras, dum tabulæ nonni  
farsiuntur; neque cogitur typ  
graphus, vel auctor cum primi  
excudit, simul ac semel ingente  
librorum multitudinem typis ed  
re, sed quoties voluerit, aut op  
fuerit, volumina pro arbitratu pl  
ra pauciorave excuduntur. Quo  
nobis saepe contigit, nam libros  
rebus ad nostram religionem sp  
stantibus, scientiisve Europæis S.  
nicae à nostris editos, domi excudi  
mus, domesticorum famulorut  
opera. Tanta igitur hujus typ  
ographiæ facilitas est, ut qui se  
viderit, mox ad idem audendun  
se accingat. Ex hac commoditat  
nasci

scitur tanta Sinensium librorum  
altitudo ac uilitas, quantum non  
cile est ei, qui non viderit, expli-  
re.

Alia quoque est ratio in mar-  
ore ligno se mel exsculpta im-  
mendi. Epitaphium aliquod,  
templi causa, picturave plano  
armori insculpta, superposito hu-  
mentis chartæ folio laneo que pan-  
o medio, tamdiu malleolo per-  
titur, dum in vacua picturæ cha-  
racterumve lineamenta subtilis se-  
papyrus insinuet. Inde levi ma-  
u atramento aliove colore quoli-  
et, folium illud inficitur, eaq; sola  
neamenta in suo candore perse-  
erant, ac prototypi formam refe-  
unt non ineleganter. Verum hæc  
ratio crassiora lineamenta exigit,  
nec ad subtiliores laminæ ductus  
adhiberi potest.

Picturæ (cujus frequentem in  
artificiis adhibent usum) gens est  
addictissima, sed omnino ab Eu-  
ropæ,

ropæa, ac multo etiam magis  
statuaria fusilique opere superant  
magnificos fornices hominum  
nimantiumque figuris insig-  
templaque sua inanum Deorum  
simulachris & ære campano no-  
litat. Et quidem, si recte conjic-  
videtur mihi gens, alioqui inge-  
osissima, horum artificiorum id  
rudis esse, quod illi nullum unq;  
cum exteris gentib<sup>9</sup> commerciu-  
fuerit, quo naturam, nulli alias i-  
feriorem gentium omnium, ar-  
adjuvaret. Picturas oleo vel umbra  
insignire genti ignotum, ideoque  
demortuis similiores quam vivi.  
In statuis etiam infeliciores mi-  
esse videntur, in quibus effingeri  
dis, omnia symmetriæ præcepta c-  
culo solo metiuntur, qui sæpe fa-  
litur, erroremque in magnis cor-  
poribus non parvum committit  
sed non ideo ab insanis monstro-  
rum molibus abstinent ex ære  
marmore ac luto educendis. Ær-

cam

mpana omnia ligneis malleis  
saluntur, nec videntur posse fer-  
os tolerare; atque ita nec sono  
ssunt cum nostratis compa-  
ri.

Instrumentorum apud eos mu-  
corum varietas est & copia, sed  
ganis carent atque clavichordiis,  
omni hujusmodi instrumento.  
ides instrumentis omnibus adhi-  
ent è cruda byfso retortas: ex a-  
imalium fibris ne confici quidem  
osse norant. Instrumentorum ta-  
men concinnandorum symmetria  
ostræ respondet. Musica porro  
rs omnis in unius vocis sono con-  
stit, vocum diversarum discor-  
em concordiam plane ignorant.  
t tamen ipsi de sua musica sibi  
maxime blandiunrur, quæ nostro-  
um aurium judicio superbissimo  
bsona omnino judicatur. Et quan-  
tuam ipsi sibi primas de musicis  
oncentibus arrogant, nostratia  
ramen organa & cætera, quæ ha-  
tenuit

Etens audierunt instrumenta,  
mirantur, idemque fortasse de  
strarum vocum harmonia judi-  
bunt, cum ejus artificium sonor  
perceperint, quos hactenus tem-  
nostra non audierunt, omnia  
quippe rerum fere muta sunt ru-  
menta. Id, ut suspicor, facit ing-  
nua Sinarum indoles, quæ fac-  
peregrina suis præfert, ubi reva-  
judicat præferenda. Eorum eni-  
superbiam à meliorum ignorati-  
ne, vicinatumque gentium barb-  
rie ortam reor.

Horis metiendis vix habent i-  
strumenra. Quæ habent, vel aqua  
vel igne mensurantur. Aquea su-  
velut ingentes clepsydræ. Ignes  
ex odorifero cinere confecta, to-  
mentorum nostrorum fomites im-  
tantur. Pauca etiam alia conficiu-  
rotulis ab arena velut aqua circum-  
actis, sed omnia ad nostratia artifi-  
cia, sunt umbra, & fere multur  
peccant in ipsa metiendi tempor-  
sym

symmetria. E sciotericis solum norunt illud, quod ab æquatore nomen accepit, sed neque illud proportione locorum didicerunt collocare.

Specrandis comœdiis sunt additi etissimi, eaque re nostrates supererant, atq; ita innumera adolescens multitudo hoc exercitio distinetur. Eorum alii quaquaversum libuerit, toto regno peregrinantur, alii in nobilioribus emporiis commorantur, & in publicas privatasq; celebritates adhibentur. Sed omnino regni fæx est, nec alia facile vietiis fœdior reperitur. pleriq; enim ab his archimimis, pueruli pretio comparati choros ducere, mimos exercere, vocē inflectere, à teneris edocentur. Omnes hæ comœdiæ antiquæ fere sunt, vel historiæ, vel fictiones, & omnino paucæ recens scribuntur. Epulis quoq; fere celebrioribus adhibentur. Ipsi mimi cū evocantur, ad quamlibet è vulgatis

D agen

agendam adveniunt comparati  
Itaq; comœdiarum volumen con-  
vivatori, quam spectare voluerit  
electuro ferunt, ipsique conviva  
inter edendum ac potandum spe-  
stant tanta sua voluptate, ut cum  
horis sæpe decem epulentur, tan-  
tudem temporis expleto sæpe e-  
pulo spectando insument, dum un-  
comœdia ex alia trahitur. Canen-  
do fere omnia pronunciant, & vi-  
quidquam vulgari loquendi mode-  
effertur.

Sigillorum apud Sinas usus et  
nobilis & frequens, nec iis solun-  
literas suas muniunt, sed & scriptio-  
nes, poëmata, picturas, aliaq; com-  
plura. Nec in his aliud insculpitu-  
præter nomen, cognomen, gra-  
dum, dignitatemq; auctoris. Non  
unum adhibent. Pluribus saepe suo-  
rum operum principia finesque in-  
signiunt, eaque non in cera aut re-  
simili quapiam imprimunt, sed ru-  
beo solum colore inficiunt. Hin-  
fieri

fieri solet, ut viri primores vas ha-  
beant in mensa sigillis plenum,  
quæ varia sua nomina (nam Sinæ  
singuli pluribus nominibus appell-  
lantur) insculpta habent, eaq; ma-  
teria fere nobiliore constant, ligno,  
marmore, ebore, ære, crystallo,  
corallio, aliisque lapillis nobiliori-  
bus. Eorum quoque artifices plu-  
riimi reperiuntur, neque hujusmodi  
opificium apud Sinas est illiberale,  
ex eo maxime quod sigillorum  
characteres à vulgatis differant, &  
antiquitatem, cuius apud omnes  
gentes magna est veneratio, sa-  
piant, ideoque eorum artifices non  
illiteratos esse necesse est.

Alia quoque ars est huic absimi-  
lis, conficiendi scilicet ad omnem  
scriptionem atramenti. Id exiguis  
velut panibus concinnant, ex olei  
fumo. Et quoniam ipsi suis char-  
acteribus venuste pingendis addicti  
sunt præ reliquis gentibus, ideo fit  
ut non elegans tantum scriptor ab

52 Nic. TRIGAVT.

iis æstimetur, & passim omnibus officiis colatur, sed etiam ipsi scriptorii atramenti opifices non illiberales habeantur. Eo utuntur in marmorea lamina, eaque apprime lævi, cum aliquot aquæ guttulis, scriptorios illos paniculos affricant, laminamque inficiunt, deinde penicillo è pilis leporinis, quo ad scribendum utuntur, atramentum excipiunt. Harum quoque laminarum artifices permulti visuntur, qui magno sæpe pretio nobiliora saxa lævigant, & cum venustate concinnant. Deniq; tria hæc, quæ ad scribendum adhibentur, pleraq; insigni ornatu constant, & in pretio habentur, eo quod in rem suapte natura gravem, qualis est scriptio, à viris æque gravibus in usum adhibentur.

Aliud quoque est opificium parum à nostris usurpatum. Id in conficiendis, ad conciliandum æstivo tempore ventum, flabellis versatur,

qui-

quibus omnis hominum conditio  
& sexus uti solet. In publicum ne-  
mini sine flabello prodire fas est ,  
tametsi cœlo frigido ventos arceri  
quam evocari melius esse videa-  
tur ; sed Majestatis potius alicujus  
majorem , quam necessitatis ha-  
bentrationem. Ea varie conficiun-  
tur :; nam si materiam spectas , ex  
arundine, ligno, ebore, ebeno, ad-  
juncta papyro, bysso , & odorifero  
etiam quodam stramine constant :  
si formam, alia sunt rotunda , alia  
ovata , nonnulla etiam quadrata.  
Quæ sunt ex usu porro primorum  
virorum, è charta candida eaq; in-  
aurata pereleganter sunt confecta,  
& pro arbitratu vel complicantur  
vel explicantur. In iis exscribi sibi  
sæpe jubent nobilem aliquam sen-  
tentiam, aut poëma. Et hoc est vul-  
gatissimum munusculum, quod si-  
bi invicem in benevolentiae testi-  
monium mittunt. Nosque ipsi ple-  
nam cistulam, amicorum donaria,

D 3 domi

54 N I C. TRIGAVT.

domi hodie habemus, quæ aliis de-  
inde simili benevolentia remitta-  
mus. In iis porro conficiendis, in-  
numerí ubique opifices occupan-  
tur. Mihi semper visum est, hunc  
apud Sinas. flabellorum usum cum  
nostris chirothecis comparari pos-  
se. Et licet usus utriusque prima-  
rius contrarius esse videatur, nam  
illorum in propulsando æstu, ha-  
rum in arcendo frigore consistit,  
tamen usus vel majestatem vel mu-  
nuscula potissimum spectare vide-  
tur.

In his paucis Sinæ ab Europæis  
discrepant, in aliis longe pluribus  
in tanto terrarum intervallo mire  
conveniunt, maxime in vescendi,  
sedendi, dormiendique ratione,  
in qua ipsi soli cum Europæis, è tot  
aliis gentibus, nescio qua ratione,  
conspirarunt, nam & mensas, &  
sedilia, & lectos adhibent, quibus  
omnibus finitimi omnes & teli qui  
populi minime utuntur, sed in ipso  
solo

solostoreis instrato sedent, vescuntur, ac dormiunt. Quod sane notatum dignissimum videtur, & unde facile plurimarum rerum similitudo, quam ne longior sim omitto, colligetur.

## C A P. V.

*De artibus apud Sinas Liberalibus ac Scientiis, deque Literatorum gradibus.*

PRIUS ad hujus Imperii administrationem quam veniamus, omnino necesse est, ut de gentis literis, scientiis, earumque gradibus pauca præmittamus, in quo magnam partem hujus Reipublicæ regendæ ratio consistit; quæ à reliquis orbis terrarum ubivis gentibus, in hac parte magno discrepat intervallo. Ac tametsi huic regno Philosophi non imperent, dici tamen debet Reges ipsos à Philosophis gubernari. Eorum scribendi componendique ratio, quæ hier-

D 4 gly-

glyphicis illis Ægyptiorum figuris  
similis est, non parum à loquendis  
consuetudine discrepat. Nullus enim omnino liber vulgato idiomate  
scribitur. Et si quis fortassis ad familiarem cōsuetudinem pro-  
pius accedit, is neque materia, neque opinione sese supra vulgus ex-  
tollit. Et tamen omnes fere utriusque sermonis voces communes  
sunt familiari colloquio, & graviori scriptio-  
ni. In sola porro vocatione compositione hæc diversitas tota  
consistit.

Cujuslibet autem apud Sinas sermonis voces, ad unam omnes monosyllabæ sunt, & ne una quidem dissyllaba vel polysyllaba reperitur, quanquam sunt duarum ac saepe trium vocalium in unam syllabam coëuntium non paucæ diphthongi. Diphthongos voco nostro loquendi more; nam neque vocalium, neque consonantium apud Sinas ulla mentio, sed ut rerum,

ita

vocum singularum suus est hie-glyphicus character, nec paucios literę quam voces numerantur, nemque est apud eos dictio, syllaba, elementum. Si tamen in hoc pere voces Sinicas plurimum aliando syllabarum legeris; sic ha-  
eto, Sinice singulas syllabas, sin-  
ulas voces esse, sed quia ad rem  
nam significandam institutę sunt,  
nobis Latino more in unam vo-  
cem esse compactas. Ac tamen si  
rerum multitudine sit nume-  
rus characterum, eos tamen inter-  
ita componunt, ut septuaginta  
septuagintave millia non excedat.  
Et ex iis qui decem millia noverit,  
eos qui fere necessarii sunt ad scri-  
pendum characteres, est assolutus:  
nam omnes omnino nosse nec o-  
pus est, nec est in universo fortasse  
regno qui noverit. Horum etiam  
characterum plurimum idem est  
sonus, figura non eadem, imo et-  
iam significatio non una. Unde

D s fit

fit ut aliud nullum idioma æquum  
vocum æque reperiatur, neque  
loquentis ore scriptio ulla excipi  
potest ab audientibus exscribenda.  
nec libet unus ab audientibus cum  
prælegitur intelligi, nisi librum  
eundem præ oculis habeant, ut æ  
quivocos vocum sonos, quos au  
rium judicio minime distinguunt  
oculorum fide figuras intuentium  
internoscant. Imo etiam inter lo  
quendum non raro evenit, ut alte  
alterius conceptum accurate alio  
qui proferentis & polite loquenti  
minime assequatur, ipse non re  
petere solum cogatur, sed etiam  
scribere, ac si non sit ad manum  
scriptorius apparatus, vel aqua su  
pra mensam, vel digito in aëre au  
dientisve manu, characteres effin  
guntur, idque maxime inter lite  
ratos & eloquentes alioqui viros  
accidit, quo purius ornatiusque &  
ad librorum scriptionem proprius  
colloquuntur. Hanc æquivocatio  
nem

m utcumque tollunt accentibus  
tonis quinque, quos utique sub-  
es non ita primum est internon-  
ere, his sonorum suorum pauciati-  
cumque subveniuut, nam sylla-  
um apud nostrates unam, saepe  
ac tonorum varietate quintupli-  
cem faciunt significatione inter se  
toto cœlo differentem: nullaque  
et omnino dictio, quæ non uno  
ex his accentibus efferatur. Unde  
quendi & intelligendi difficultas  
sugetur, ita ut nulla mihi toto ter-  
ram orbe lingua, advenis æque  
difficilis ad discendum esse videa-  
tur. Sed ea tamen & divino favore  
improbo labore ab iis superatur,  
qui se totos hujus gentis saluti con-  
secrarunt, qui non loqui solum, sed  
& legere ac scribere, quotquot ha-  
bentus è nostra Societate hic sunt,  
di dicerunt.

Hujus rei causam ego quidem  
esse suspicor, quod ab omni sæcu-  
lorū memoria, gens hæc scriptio-  
nem

60 Nic. TRIGAVT.

nem expolire magis, quam serm  
nem procurarit, ex eo quod omis  
ejus eloquentia ad nostra usce  
tempora in sola scriptione, non  
iam in pronunciatione consistit.  
Qualem Isocratis fuisse apud G  
cos legimus: hinc fit, ut familia  
etiam Nuncii non verbo, sed sc  
pto etiam intra eandem urbem  
re transmittantur.

Hic porro scribendi modus, q  
singulis rebus singulos appingim  
characteres, etsi memoriae sit po  
molestus, tamen adfert secum i  
signem quandam nostrisque ina  
ditam commoditatem. Nam n  
tiones alioqui sermone inter se di  
versissimæ, si communibus in scr  
bendo characteribus utantur, l  
brorum literarumque commerci  
communicant, tametsi alia aliena  
minime assequatur colloquendo.  
Ita Iapones, Corai, Caucinciæ, Let  
hiæi cōmunes habent libros, tam  
etsi eos efferendo, ita inter se di  
cre

repent, ut alter alterius never-  
quid omnium quidem intelligat, eundem  
omnes librorum sensum af-  
quantur, licet præter suum idio-  
ma aliud nullum norint. In ipso  
quoque regno Sinarum Provinciæ  
singulæ ita fere sermone inter se  
discrepant, ut nihil habeant omni-  
o commune. Et tamen librorum  
literarum est omnibus commu-  
nus commercium.

Præter hunc tamen cuique Pro-  
vinciae vernaculum sermonem, a-  
ius est universo regno communis,  
uem ipsi *Quonhoæ* vocant, quod  
Nançuriale vel forensem sonat. Id ex  
evenit, quod Magistratus om-  
nes, ut infra dicam, in ea Provincia,  
qua publicum munus gerunt,  
externi sint; ac ne peregrinum ser-  
monem ediscere cogerentur, cu-  
loquendiale est toto regno idioma, quo  
non forensia solum negotia pera-  
guntur, sed vel politiores om-  
nes, vel advenæ cum indigenis in  
qua-

qualibet provincia colloquuntur.  
Et hunc solum nostri sermonem  
ediscunt, neque enim cuiuslibet  
Prouinciae sermo usquam necen-  
trius, sed neque urbanus est, aut  
politioribus in colloquium, aut  
forte à contribulibus domi fati-  
liariter vel foris ad patriæ mem-  
riam adhibetur. Eumque sermo-  
nem ipsi pueri ac mulieres omis-  
torunt frequentia ipsa difficul-  
tem superante.

Audio apud Iaponios supra charac-  
teres hos, qui ab Sinis eo pen-  
trarunt, alphabeti, elementorum  
que paucorum, more nostro usu  
reperi, quo ipsis suum idion  
scribere sine infinita illa Sinensi  
characterum farragine licet; ideo  
fortasse vicinis, quas supra memo-  
ravi gentibus commune, verum  
apud Sinas ejusmodi elementorum  
nullus usus, sed neque vestigium  
atque ideo characteres ipsi suos, a  
figuras, à prima pueritia ediscunt

extremam prope senectutem, non  
potquot literas profitentur. Id  
met si proculdubio scientiis me-  
diobus, temporis multum detra-  
hit, idem tamen eorum animos  
non omnino inutiliter distrahit,  
eritque à juvenili licentia, in  
quam omnes quidem, sed ociosi  
maxime propendemus. Ex hoc et-  
iam characterum pingendorum  
literis modo, nascitur insigne  
quoddam apud Sinas scriptionis  
genus, quo genere non paucis so-  
rum dictionibus, sed syllabis ea di-  
cunt, quæ nos longis ambagibus  
minus etiam significanter fortasse  
icereimus.

Sed quoniam de characteribus  
ingendis agimus, omittendum  
tiam non est, Sinicæ scriptionis  
item è diametro nostræ adversa-  
rium; nam ad dexteram à summo  
dimum, manum ducunt: nos à  
sinistra in dexteram, in latum pro-  
gredimur.

E no-

E nobilissimarum scientiarum  
varietate in solius prope Philo-  
phiæ moralis noticiam devenit  
naturalem quippe variis erroribus  
potius oscularunt quam illus-  
runt. Ethica porro ipsa præcepit.  
**E**x eo quod de Dialectica nihil  
tigerunt, nullo doctrinæ ordine  
sed confusis fere sententiis atque  
ratiocinationibus tradunt, qui  
tum duce illo quod à natura in-  
di solet, lumine assequuntur. Ne-  
ximus inter omnes Philosophus  
nensis Confutius appellatur, qui  
invenio quingentis quinquaginta  
uno annis ante Christi Servatus  
nostris in terras adventum in ha-  
lucem prodisse, & annis amplius  
septuaginta ita vixisse, ut non e-  
emplo minus quam scriptis & co-  
gressibus omnes ad virtutis studium  
incitaret. Ex qua vivendi ratio  
consecutus est apud Sinas, ut mo-  
tales omnes, quotquot ubique te-  
rarum virtute præstiterunt, viri  
sancti.

factimonia excessisse credatur. Et  
sane si ejus dicta factaque quæ le-  
guntur attenderis, paucis è nostra-  
cibus Philosophis Ethnicis cedere,  
multos etiam eum superare fate-  
pomur. Eam ob rem tanta est viri  
opinio, ut nullum ejus pronuncia-  
tum ab Sinensibus literatis hodie-  
unque in dubium revocetur, sed ab  
omnibus æque in Magistri com-  
munis verba juratur. Nec literati  
viri solum, sed ipsi quoque Reges  
eum per tot retro secula, morta-  
lium tamen, non etiam Numinis  
alicujus ritu venerantur, & gra-  
tum animum acceptæ ab eo do-  
ctrinæ sese exhibere profitentur.  
Nam & per tot temporum inter-  
valla, illius in hanc diem posteri  
magno sunt apud omnes loco. Et  
à Regibus familæ capiti, honoris  
non exigui titulus hereditario jure  
est attributus, quem census per-  
magni & immunitates consequun-  
tur.

E Non

Non Philosophiæ solum Ethicæ  
sed Astrologiæ quoque, ac multa  
rum disciplinarum Mathematica  
rum nō mediocrem sunt notitia  
assercuti. In Arithmeticâ tamen a  
Geometriâ feliciores aliquando  
exitere: sed hæc etiam omnia ve  
consequuti, vel etiam tradider  
perturbate. Constellationes ip  
diuerso à nostris modo partiuntu  
Et in stellarum numero supra eas  
de quibus Astrologi nostri mem  
nerunt, quadringentas addidere, i  
numerum enim tenuiores qua  
dam vocant, quæ non semper ap  
parent. Verum hi Astrologi nih  
admodum de cœlestibus phæno  
menis ad rationis calculos revo  
candis adlaborant. Magnam par  
tem in prædicendis Eclipsium mo  
mentis, & Planetarum ac stellarum  
motibus occupantur. Sed hæc et  
iam omnia mille scarent erroribus  
Denique omnem fere suam de in  
deribus cognoscendis scientiam, i  
eam

eam, quæ à nostris Iudiciaria est appellata, referunt, arbitrati, quæcunque in hoc elementari orbe fiunt, ab sideribus dependere. In his tamen Mathematicis disciplinis, aliquid ab Saracenis, qui ab Occasu venerant, accepere, sed nihil illi demonstracionum auctoritate, confirmant, sed solum tabulas quasdam reliquerunt, ad quarum normam fastos suos, Eclipses utriusq; planetæ, & omnium motus revocantur.

Auctor illius familiæ quæ hodie rerum potitur vetuit, ne quisquam hæc Astrologiæ judiciariæ præcepta ediscat præter eos, qui sunt hæreditario jure in eam rem designati; veritus ne ex hac siderum notitia, qui eam sit consecutus, res novellas in regno moliendi facultatem accipiat, & opportunitatem consequatur. Qui tamen hodie regnat, varios magno censu Mathematicos alit, eosq; vel intra palatii fines

E 2 Eunu-

Eunuchos, vel extra regios Magistratus, quorum duo sunt hodie, Pequinensi regia, tribunalia; alterum Sinarum, qui à suis accepta fastos eclipsesque subducendi rationem profitentur; alterum Saracenorum, quod eadem ad importatam ab Occasu disciplinam revocat, ac utriusque deinde tribunalis judicium inter se conferunt & alterum ab altero adjuvatur. Utique etiam in modico colle ardentibus ad contemplanda sidera habent, quo Mathematicas machinas instrumentæ magnitudinis fusili ære construxerunt, quæ antiquitatem aliquid præ se ferunt. In eo collecto semper unus aliquis Collegarum nocturnis horis excubat, si qui forte cœlum inusitata siderum, vel alicujus Cometæ novitate portenterat, quod si contigerit, die instanti, missio ad Regem libelle admonent, ac simul exponunt, quæ finistri, quæ latri omnis significatio

videat

videatur. Nanquinensium Mathematicorum area, in edito colle intra urbem eminet, & Mathematicorum instrumentorum moles, Pequinensium superat elegantiam, quia eo tempore in ea urbe Reges commorabantur.

Pequinensium Astrologorum jus est, in solis ac lunæ defectionibus, toto regno, prædicendis, & lege lata, Magistratus simulachrorumque Ministri, ubique jubentur certum in locum cogi, officiorum suorum cultu insignes, & planetæ laboranti subvenire, quod æreis cymbalis ad numerum pulsatis, & sæpe flexis poplitibus se facere arbitrantur, toto eo tempore, quo planetas illos deficiendo laborare credunt. Audio vereri eos, ne à serpente, nescio quo, per id tempus sorbeantur.

Artis medicæ præcepta non parum à nostratis discrepant; ve-  
zū non aliter ac nostri venæ pulsum

E 3 ex-

explorant. Et sane sunt in mede-  
do non infelices. Pharmacis por-  
utuntur simplicibus, herbis, radic-  
bus, aliisque hujusmodi. Itaque a  
tota Sinensis medica herbariae fer-  
nostrę præceptis continetur. Hujus  
artis nullus est publicus ludus, se-  
quisque privatim à quolibet Magi-  
stro ruditur. In utraque regia, arti  
medicæ gradus prævio examinari  
conceduntur, sed ita quasi per tran-  
sennam nulloque delectu, nihil u-  
amplius auctoritatis opinionisve  
consequatur, qui eo gradu insignia-  
tur, quam qui eo caruerit, ex eis  
quod nemini ægris mederi inter-  
dicitur, sive peritus artis medicæ  
fuerit, sive imperitus. Deniq; hoc  
omnibus exploratum est, nem-  
inem vel Mathematicis, vel Medi-  
cis præceptionibus infudare, qui  
quidem in Ethica eminere se posse  
speraverit. Atque ita nemo fere iis  
dat operam, nisi quem vel rei fa-  
miliaris, vel ingenii tenuitas, à  
sub-

sublimioribus disciplinis deterruerunt, unde fit ut vix ullo sint in precepto, nam honos alit artes, omnesque accenduntur ad studia gloriæ, vel spe præmiorum.

Id è contra in Ethica scientia videre licet, ad cujus celebriores gradus quisquis evehitur, næ ille Sinae felicitatis apicem sibi videtur consecutus. De his fusiis paulo agendum mihi censeo, non enim id lectori minus jucundum fore arbitror, quam novum. Sinensium ille quem dixi Philosophorum Prinseps Confutius, quatuor antiquorum Philosophorum volumina cōcinnavit, ipseq; quintum suo marte conscripsit. hos libros quinque doctrinas appellavit. In his Ethica bene vivendi & Reipublicæ gerendæ præcepta, veterumque exempla, ritus, ac sacrificia, quin & varia veterum poëmata, aliaque hujusmodi continentur. Præter hæc quinq; volumina à duobus tribusve Phi-

Iosophis, Confutatio scilicet, ejusque  
discipulis, in unum volumen redacta sunt.  
Et a sunt varia nullo ordine præcep-  
ta similia, sententiæ de moribus  
recta ratione instituendis, se pri-  
mum ipso, inde familia, denique  
regno ad virtutem componendo.  
Id volumen; quia libris quatuor  
continetur, *Tetrabiblion* appellatur.  
Hi novem libri sunt bibliothecatum Sinensium antiquissimi  
& è quibus prope reliqui prodierunt, hieroglyphicos item maxi-  
mam partem continent characteres: & sane Philosophiæ morali-  
præcepta non parum Reipublica profutura prescribunt. Itaque lex  
ab antiquissimis Regibus lata est, multorum sæculorum usu confir-  
mata, ut qui literatus apud Sinas & esse & haberi velit, ex his libris suæ  
doctrinæ fundamenta habeat ne-  
cessitatem, in quibus non satis est  
genuinum textus sensum asse-  
quantur, sed etiam, quod diffici-  
lius,

is, ut subito de singulis possint  
intentiis apte scribere, ideo sin-  
ulis Tetrabiblion illud, de quo  
pra, ediscendum, ut id præstare  
possint.

Nullus porro ludus est aut aca-  
demia publica (quod de nostris  
criptoribus aliqui asseruere) cuius  
magistri hos sibi libros suscepint  
xponendos, sed quisque Præce-  
torem sibi pro arbitratu deligit, à  
uo domi suæ suoque sumptu in-  
tratur. Horum porro domesti-  
orum Ludimagistrorum ingens  
st multitudo, tum quod ab uno  
lures, characterum Sinensium vi-  
o, vix possint erudiri, tum maxi-  
ne quod in more positum sit, ut  
dixi, quemque domi suæ filiorum  
untaxat ludum aperire, tametsi  
anus alterve numeretur; ideo cre-  
do, ne aliorum commercio à stu-  
dendi contentione avertantur.

In hac scientia tres literarum  
gradus iis, qui ex eorum numero

E 5 exa-

## 74 NIC. TRIGAVT.

examinandos sese præbent, apti, quinque  
fuerint judicati, conferuntur.  
porro examen in sola fere scriptura  
ne consistit. Primus literatorum  
gradus confertur in singulis ur  
bus, eo in loco, qui ludus app  
latur. Eum confert insignis aliquis  
literatus ab Rege ipso in eum  
nem nominatus. Is ex officio Tihio  
gradus vero ipse Sieucai dicitur,  
Baccalaureatum nostratem repr  
sentat. Tihio igitur omnes su  
provincię urbes peragrat, eum gr  
adum collaturus, cui triplex exam  
præmittitur. Ubi Cancellarius ill  
ut nostro more loquar, adveni  
quotquot ex ea urbe ejusque fin  
bus ad illum gradum adspirant, re  
pente concurrunt, seque examin  
subjiciunt. Primum instituitur  
Ludimagistris illis, qui Baccalau  
reis, cum gradum assediti sunt  
præsunt, dum ulteriorem adipisci  
cantur. In hoc examen admittitu  
quilibet, & sæpe contingit, ut qua  
tuor

or quinqueve millia ex una urbe  
merentur. Hi Ludimagistri sti-  
ndio regio aluntur in hunc si-  
m. Hi deinde ad quatuor urbis  
æfectos (qui omnes sunt literati,  
us enim nemo Rempublicam  
tingit) à Ludimagistris remittun-  
r, qui denuo examinatos Cancel-  
lario præsentant, sed ex universo  
numero non amplius ducentos,  
tos ex meliori scriptione dignissi-  
mos judicaverint. Cancellarii ter-  
rum est examen, & omnino reli-  
nis austrius, nam è ducentis vi-  
nti trigintave, non plures, pro-  
gionis magnitudine, quos eo-  
em examine dignissimos invene-  
t, Baccalaureos appellat, & præ-  
teritorum annorum Baccalaureis  
ggreat, qui omnes non insimam  
bis partem dignitate repræsen-  
tant; nam ab omnibus coluntur  
futuræ, ad quam accedunt, di-  
nitatis. Talarem, pileum, & o-  
reas dignitatis insigne peculiare  
in-

## 76 N I C. T R I G A V T.

duunt, eoque cultu alium nisi  
calaureum prodire est nefas.  
Magistratum congressibus hco  
ratus assident, & graviores un  
nitatis titus iis exhibent, qui  
vulgo uti non licet. Multis quo  
immunitatibus gaudent, & prae  
Cancellarium suosq; illos iv L  
magistros nemini fere subsunt, ac  
facile cæteri Magistratus de i  
rum causis delictive judicant.

Cancellarii munus non sol  
in novos se Baccalaureos exten  
sed antiquiores etiam superiori  
annorum illo gradu insignitos,  
cudi reddit, & quid vel profecerit  
vel defecerint, severa trutina e  
plorat. Ergo pro scriptio[n]is bo  
tate quinque ordines instituit.  
qui primo censem[ur], præmio, p  
testatem facit munia quædam p  
blica, sed non maxima, sine sup  
riore gradu gerendi ; in secun  
classe recensitos, præmio quoqu  
sed inferiore donat. Tertios n

præ

æmio, sed nec pœna dignos censent. Quarti publice vapulant, sordidæ pœnam luentes. Postremi undem Baccalaureatus insignibus exountur, & in vulgi ordinem recipiuntur. Id faciunt, ne postquam Baccalaureos recensui fuerint, otio delitescant, & quæ didicent, oblivioni tradant.

Alter autem Sinensium literatum gradus *Kiugin* appellatur, & cum nostrorum Licentiatorum ordine comparatur. Is non nisi tertio quoque anno in Provinciæ metropoli sub octavam lunam, majori tiam majestate confertur. Sed non is omnibus, qui eo digni censemur, sed qui inter illos certo numero dignissimi, pro Provinciarum dignitate ac celebritate plures paucioresve. Nam in utraque Regia, Pequinensi scilicet atque Nanquenensi, quinquaginta supra centum ex omni Baccalaureorvm numero Licentiati renunciantur; in Ce- quiana,

quiana, Quiam Sinensi, atque  
quiana quinque supra nonaginta  
in reliquis pro literatorum nu-  
ro ac Provinciæ dignitate aliqui  
to pauciores.

In hoc examen soli Baccalaurei  
nec tamen omnes, admittuntur  
sed è singulis Provinciæ urbis  
aut ludis, ut jam dixi, ab Cancer-  
rio illo Baccalaureorum minimus  
triginta, summum quadraginta  
omni numero ad scriptiōnem  
cussi, seliguntur. Et tamen hac  
tione in provinciis celebrioribus  
sæpe numerus eorum, qui ad  
centiaturum ordinem adspira-  
ad quatuor millia excrescit. Igi-  
anno illo, qui Licentiatis initian-  
tertius quisque recurrit, qualis  
empli causa fuit annus Domini  
1609, & proxime recurret 1610.  
paucis ante octavam lunam diebus  
quæ sæpe in Septembrem mense  
incidit, Magistratus Pequinensis  
selectissimos ex universo Regio-

Ph

philosophos ad centum Regi offerunt, dato libello, ut ex iis triginta singulas nempe Provincias bis, nominet, qui huic Licentia- orum discussioni præfint. Eorum Baccalaurio alterum è regio Collegio, quod *Hanlinyuen* vocant, esse ne- esse est, cujus Collegæ toto re- ab *Cancano* celeberrimi esse perhibentur. Os vero Rex omnino non nomi- at nisi sub idem temporis pun- pionem, quo citatissimo itinere in amen hacten signatam provinciam poterunt celeritatem venire, adhibitis quoque per- quisitio multis excubitoribus, ne quem ex in adiutoria provincia ulla ex causa prius al- latum quantur, quam Licentiati sint de- enunciati. Ex eadem quoq; pro- quia, ab Magistratibus Philo- bus Domini celebriores evocantur, à quibus legii illi examinatores duo, in hoc examine primaque scriptionum remittendis discussione, cum fide adjuventur. In qualibet porro metropoli, palatum ingens pro hoc examine dun-

80 NIC. TRIGAVT.

duntaxat extructum ceruitur,  
tissimis muris cinctum. In eo  
miciliorum stationes permulta  
ab omni tumultu semotæ, in  
bus examinatores, quos dixi, de  
scriptiones discutiunt, commoni  
tur. Præter has, in medio palati  
sunt cellulæ supra quater mille,  
præter exiguum mensam & sca  
lum, & unum hominem capi  
ultra nihil possunt. Ex his celli  
nemo cum vicino colloqui, sed  
videre quenquam potest.

Ubi examinatores & Urbani  
Regii, quos dixi, in metropoli  
advenerunt, prius in eo palation  
sua quisque statione includunt  
quam cum ullo colloqui possi  
mo à mutuis inter se colloqui  
excluduntur, toto eo tempore, q  
in scriptionum discussione labor  
tur. Quin etiam id temporis n  
eturnæ diurnæque multorum r  
litum & Magistratum excubi  
explorant & arcent omne litera

ac sermonum commercium eorum  
qui intra palatii fines degunt, cum  
is, qui extra eos commorantur.

In hoc porro examen tres & iu-  
dem ubique dies toto regno depu-  
rantur, nonus nempe, 12 ac 15  
octavæ lunæ dies. Et ab illucenti  
aurora in primam noctem  
tempus scriptioni conceditur, ja-  
nuis studiose occlusis. Scribentibus  
porro levis refectio pridie compa-  
tata sumptu publico præbetur. Cū  
in palatii fines Baccalaurei admit-  
untur, severissime explorantur,  
secum aliquem librum aut scriptio-  
num deferant nec ne. Et solum si-  
nuntur penicillos aliquot quibus ad  
scribendum utuntur, & scripto-  
riam laminam, de qua supra, atra-  
mentum, chartamque deferre. Eo-  
ne librum porro vestes, penicilli, laminæ  
scriptoriæ, ne quid per fraudem con-  
tineant, explorantur. Si fraus aliqua  
deprehensa fuerit, nō excluduntur  
solū, sed etiā acerrime puniuntur.

F Poste-

Posteaquam in palatium admisi  
fi Baccalaurei , & fores clausæ ,  
publicis sigillis obfirmatæ, duo il  
ab regia examinis præsides , tres  
Tetrabiblio illo sententias in pu  
licum exponunt suo arbitratu sele  
etas, quas singuli totidem scriptio  
num sibi thema proponunt; è qua  
libet item quinque illarum doctri  
narum quaternas sententias , alia  
rum totidem scriptionum thema  
proponunt. Easque sibi quisqu  
deligit, quæ ex ea, quam profitetu  
doctrina , eruuntur. Septem ha  
scriptiones oportet esse non ver  
borum solum luminibus , sed sen  
tentiarum quoq; pondere graves  
observatis accurate Sinensis facun  
diæ præceptionibus ; nec ullar  
scriptionem oportet quingento  
numero characteres superare, quo  
rum singuli singulas dictiones no  
stras exæquant.

Die altero, qui biduum ad exa  
minandorum quietem consequi  
tur

ur, eundem in modum reclusis,  
ria proponuntur, quæ olim ex ve-  
terum Annalibus eruta contigere,  
el alia quædam, quæ imposterum  
oterunt evenire, ternis singuli  
scriptionibus sententiam suam di-  
cunt, aut Regem dato libello mo-  
ment, quid eo in casu faciendum ē  
Regni bono videretur.

Tertio similiter die tres iis lites,  
ex iis proponuntur, quæ in gerendis  
Reipublicæ muneribus discernen-  
dæ exigi possunt, ternis itidem  
scriptionibus singuli sententiam  
suam explicant, quam in ea lite di-  
judicanda ferrent.

Acceptis in hunc modum suo  
singulis die scriptionum argumen-  
tis, & ad memoriam transcriptis,  
Baccalaurei in designatam sibi ab  
his, quorum interest, cellulam ad  
scribendum ingrediuntur, & ma-  
gno ubique silentio à singulis scri-  
bitur. Scriptiones singulorum in  
libello in eum finem parato, à sin-

F 2      gulis

gulis transcribuntur, adscripto su-  
parentis, avi, & abavi ad finem scri-  
ptionum nominibus, & libellu-  
ita obfirmant, ut non nisi à deputa-  
tis possit aperiri. Id cum singuli  
singulis libellis fecerunt, eos deputa-  
tis offerunt: illi, prius in exami-  
natorum quam manus veniant, li-  
brariorum, qui jam parati adfun-  
manu transcribuntur: ac ne fra-  
esse possit, rubeo colore exemp-  
pinguntur, ipsa porro autograph  
atramento descripta erant. Tra-  
scripta hæc non autographa, sin-  
auctorum nominibus examinato-  
ribus discutienda traduntur; ip-  
vero autographa, numeris signata  
quæ transumptis respondent, inte-  
rim asservantur. Id fit, ne qui di-  
cutiunt scriptiones, auctorum no-  
mina, vel ipsam pingendis ratione  
internoscant.

Priores illi ex urbanis Magistrati-  
bus selecti examinatores, scriptio-  
nes omnes excutiunt, & pessimam  
quam

uamque ita rejiciant, ut regiis  
xaminatoribus duplum offerant  
jus numeri, ad quem excrescere  
licentiatorum numerus potest. Ita  
centum & quinquaginta renun-  
iari oportebit, scriptiones trecen-  
tæ seponuntur, & ad Regiorum ex-  
minatorum stationem postremo  
crutinio excutiendæ transmittun-  
ur; è quibus optimas quasque,  
quantum pro numero Licentiatō-  
rum satis, segregant. Ex eo inde  
numero primas, secundas, & tertias  
deligunt, & in ordinem accurate  
componunt. His peractis, omnes si-  
mul examinatores, transumpta cū  
autographis, appositis numeris, a-  
gnita conferūt, & auctoris in auto-  
grapho nomen legunt. Hęc nomi-  
na cubitalibus literis descripta, in  
ingenti tabula exponūt, octava fe-  
re luna exeunte, magno Magistra-  
tuum concursu, applausuq; eorum,  
qui Licentiatos renūciatos vel san-  
guine, vel necessitudine cōtingunt.

F 3            Hic

Hic porro gradus priore long  
superior ac celebrior, aliisque no  
biliaribus gaudet immunitatibus  
& peculiari dignitatis ornatu. Im  
si ad supremum gradum adspiran  
di deponunt cupiditatem, non in  
simorum in Republica munerur  
capaces existunt.

Hoc actu ad exitum in hunc mo  
dum perducto, Regii examini  
Præsides, librum evulgant, quo tot  
tius examinis successus, Licentia  
torum nomina, & insigniores do  
qualibet proposita materia scripti  
ones hac ratione in regnum uni  
versum immittuntur. Sed maxima  
illius scriptiones typis illis excu  
duntur, qui primum inter Licentia  
tos nomen est sortitus. Is Sinice  
*Quiayuen* appellatur. Hic porro  
liber eleganti in primis charactere  
excuditur, totoque regno spargi  
tur, ejusque aliquot exemplaria  
Regi offeruntur, & reliquis pala  
tinis.

In

In hoc examen minime admittuntur, qui sunt alterius provinciæ Baccalaurei. Solum in utraque Regia pauci ex aliis provinciis ex peculiari privilegio, quod in ludum Regium, cuius collegæ sunt, adsciti sunt, postquam Baccalaureatum obtinuerunt, in id Collegium, persoluto Cameræ regiæ certo aureorum numero, adsciscuntur.

Tertius apud Sinas literatorum ordo *Cinsu* appellatur, & Doctoratum nostratem plane repræsentat. Hic etiam tertio quoque anno confertur, sed solum in Regia Pequinensi: & Doctorum initiandorum annus semper est is, qui Licentiatorum aëtum proxime insequitur. Eum porro non nisi ex universo regno trecenti, consequuntur, tametsi è singulis provinciis Licentiati, quoties aleam examinis subire voluerint, ipso jure admittantur. Instituitur hic aëtus secunda luna iisdem, quos supra memo-

F 4 ravi-

ravimus diebus, forma quoque es-  
dem, nullo plane discrimine, ni-  
quod pro ratione gradus atque di-  
gnitate crescit etiam in explorar-  
do diligentia, ne qua forte frat-  
favorve subrepatur: ipsi quoque ex-  
aminatores è gravissimis regni Ma-  
gistratibus, quos *Colaos* vocant, d-  
quibus infra, examinis Praefide-  
nominantur.

Finito examine, renunciatisque  
Doctoribus, eo ipso in palatio, in  
quo etiam Licentiatos renunciar-  
mos est simul omnes in palatio re-  
gio, coram præcipuis totius aula  
Magistratibus: quin etiam ipse Re-  
re olim aderat. Proposito themate  
scriptionem componunt, cuius ju-  
dicio, Magistratum, quos ipsi ge-  
sturi sunt, ordo renunciatur in tres  
classes distributus. Hujus exami-  
nis magna est celebritas, quæ tota  
in brevi scripti uncula consistit. Qui  
primum in Doctorum examine lo-  
cum obtinuit, illius tertius locus  
in

hoc secundo examine extra a-  
nam versatur. Qui vero in hoc  
examine primas ac secundas obti-  
nunt, insigni per totam vitam digni-  
tatem insignitur, præterquam quod  
maxima quæque in Republica mu-  
nera gerit. Ea dignitas aptissime  
Ducis apud nos Marchionisve  
tulo conferretur, si ea in posteros  
æreditario jure transferretur.

Hi mox Doctores propria veste,  
vileo, & ocreis, ac reliquis etiam  
magistratum insignibus gaudent,  
ad publicos Magistratus op-  
erarios ac nobiliores evehuntur,  
semper ordine, ut nusquam Do-  
ctores ab Licentiatis superentur.  
Habentur quoque in Primorum  
egni numero, & reliquis Licentia-  
tis, quibus sors non æque cecidit,  
pridie Collegis, ita repente su-  
periores existunt, ut credi vix pos-  
sunt: nam ubique potiores partes illis  
edunt, & speciosioribus eos titulis  
compellant.

F 5 . Hi

Hi autem Licentiati, qui à Doctorum numero rejecti sunt, si etiam alii Doctoratus imposterum consequendi deposuerint, ad gerenda Republicam admittuntur, & certe infra Doctores, non tamen summi, sed firmos vel in regia vel foris gerentes, Magistratus. Si fortunam tentare placuerit, domum repudiant, sedulo se scribendo legendi que excent, toto in sequente tempore, dum redeunte annorum circulo, in examinis arenam iterantur descendant. Id quoties libuerit tentare licet. Et evenit non raro ut aleam decies subeant, repugnante semper fortuna, qua spe lactans vitam absque munere publico universam terunt, dum aut summi, aut nihil esse volunt.

Hujus quoque non secus atque inferioris ordinis renunciari successus, suo privatim volumine a examinantibus excuditur, ad scriptis, ut supra, nominibus & insigni-

ri quaque scriptione. Præter hunc  
volumen, alius etiam quotannis edi-  
tur, quo Doctorum omnium no-  
menina, patria, parentes, officia, &  
quo in loco ea gerant, describun-  
tur. Ita qui annum hoc volumen  
inspexerit, sciet quam quisque di-  
cennitatem à primo Doctoratus an-  
no ad obitum usque, & ubi gesse-  
reput, quibus gradibus honorum vel  
ascenderit, vel descenderit, quod  
Sinas pro cujusque meritis est  
quotidianum.

Et est in hac graduum consecu-  
tione illud admiratione dignum,  
quoniam ejusdem anni Collegæ inter-  
fuerint necessitudinem contrahât. Nam  
Licentiati minus quam Do-  
ctores, quibus fortuna ut faveret in  
undem annum conspiravit, se-  
poco fratum per universam vitam  
abent, seq; mutuo & propinquos  
orum Collegarum in omnibus  
adjuvant, unanimi semper  
nimorum consensione. Cum ipsis  
quo-

quoq; examinatoribus etiā arcti  
vinculum nectunt, quale solet in  
parentes ac filios, vel discipulos  
magistros, debita semper vene  
tione; tametsi sēpe cōtingat, ipsi  
discipulos altius magistro per si  
gulos honorum gradus ascender

Hos etiam honorum gradus i  
dem annis ac locis, iisdemque tit  
lis, iis qui militiam profitentu  
concedi mos est. Tempus solu  
in sequentem lunam differri sole  
Verum ex eo quod apud Sinas a  
militaris jacet, longe inferiori  
conferuntur apparatu. Et ita pau  
ad eos adspirant, ut omnino re  
misera videatur. Militare hoc ex  
amen triplex quoque est. In pr  
imo, equestri cursu incitati, sagittar  
novem expediunt: In secundo, to  
tidem sagittas in eundem scopum  
pede fixo collineant: Et qui ut mi  
nimum quatuor sagittis ex equo  
& duabus è solo scopum attige  
runt, in tertium examen admis  
tuntur.

intur. In quo de rebus militari-  
us, proposita quæstione, jubentur  
suo iusto respondere. Judices deinde  
collato inter se triplici hoc exami-  
ne, in unaquaque provincia, ex  
niverso numero Licentiatos fere  
quinquaginta renunciant. Quo  
anno vero Pequini Doctores no-  
minantur, militares quoque ex  
mni Licentiatorum totius regni  
numero selecti, triplici etiam exa-  
nine prævio, omnino centum mi-  
litari Doctoratu insigniuntur.

Doctores ex hoc collegio faci-  
tus quam Licentiati, non tamen  
sine largitionibus, ad aliquam præ-  
fecturam militarem designantur.  
Itaque, quamprimum renun-  
ciantur, sive ii de Philosophico sive  
de militari sint Senatu, supra ædiū  
luarum limen ad familię commen-  
dationem, titulum inscribunt li-  
teris cubitalibus, quo significatur,  
quam quisque dignitatem sit ad-  
eptus.

Illud

Illud ad extremum præterer-  
dum non est , omnium examini-  
arbitros ac Præsides , sive de re no-  
litari , sive de Mathematicis dis-  
plinis , & arte medendi , & longe  
magis de rebus Ethicis discussio-  
stituatur , è Senatu Philosophi-  
deligi , nec ullum vel Duce m ,  
Mathematicum , vel Medicum i-  
adjungi ; quod non parum Eur-  
pæis nostris mirum , & fortasse i-  
eptum videbitur . Tanta enim  
eorum , qui Ethica disciplina præ-  
cellunt , apud Sinas opinio , ut or-  
nino videantur aptam de omni  
posse ferre sententiam , tametsi e-  
tra suæ professionis limites longi-  
evagetur .

## C A P . VI.

*De Sinensis Republicæ admi-  
nistracione.*

D E hoc argumento non plu-  
attingam , quam quæ ad hujus  
commentarii finem omnino ne-  
cessaria erant .

ssaria esse judicavero. Si enim id  
o dignitate persequi in animo  
set, non nisi quamplurimis capi-  
bus, aut etiam libris res tota clau-  
retur. In primis igitur in hoc re-  
no ab omni temporum serie, sola  
gubernatio ad Rem publicam  
erendam probata est, quæ in u-  
us Imperio Monarchicam susti-  
et majestatem. Aristocratiæ por-  
vel Democratiæ, vel alterius cu-  
slibet Policratiæ, vel ipsum no-  
men apud Sinas est inauditum. O-  
mni quidem sub uno Monarcha nō  
auciores erant inferiorum tituli,  
nam apud nos Ducum, Marchio-  
um, Comitum, atque cæterorum  
ujusmodi. Verum ab annis proxi-  
mille octingentis hi peculia-  
rum dominiorum tituli, potestas-  
ue est omnino sublata.

Ac licet ab omni memoria, ci-  
viles tumultus bellaq; minime de-  
uerint, sive priusquam hæc ratio-  
nautaretur, sive ex quo mutata est,

tam-

tamen si etiam hoc Imperium erat  
in varia regna minora divisum  
quod nunc in Iaponicis Insulis est ad le  
audivimus; nunquam tamen pri  
ab externis populis legitur univers  
sim esse subactum, quam anno i  
stræ salutis 1206. è Tartaria Ex  
nescio quis, regnum domitor  
hoc regnum sese cum exercitu  
etore immisisset. Quisquis is fu  
rit, Tartarum appellabo. Is imm  
so exercitu, brevi sibi Sinas omnes  
subegit, & acceptam tanti rego  
tyrannidem ejus posteri ad a  
num usque 1368 propagarunt. qu  
tempore cum jam Tartari impe  
vires deficerent cœpissent, neq  
jam ultra Sinæ externum imp  
rium & Barbarum ingenium fo  
rent, variis in provinciis sub dive  
sis Ducibus jugum excusserunt.

Qui cæteros Duces, rebus pr  
clare vel virtute, vel dolo gestis  
peravit, fuit unus è familia Ci  
quem Sinæ postea *Humuu*, in  
gue

gneim Ducem, aut armorum po-  
ius diluvium appellarunt. Is pel-  
ectis ad se auxiliaribus aliorum  
uorundam strenuorum Ducum  
opiis, brevi è gregario milite tan-  
um viribus excrevit, ut non Tar-  
aros solum, Regem, ac Duces im-  
perio exutos expulerit, sed non  
niore fortuna reliquos etiam re-  
elles, toto regno superarit, & u-  
us Sinense Imperium occuparit,  
uod etiam ejus posteri in hanc  
sque diem fœlicissime propaga-  
unt. Hinc suæ Monarchiæ ma-  
neclaritatis nomen, ut supra dixi,  
*Tamín* indiderunt.

Sinense porro Imperium à pa-  
ente in filios, vel ad propinquos  
regios, more nostro, derivatur.  
Quo solum tresve Reges antiqui-  
mi, regnum, morituri, non filiis,  
uos ad regendum ineptos judi-  
abant, sed aliis, tametsi nullam  
aberent inter se sanguinis necef-  
tudinē, commendarunt. Accidit

G quo-

quoque non semel, ut is qui impo-  
tentius imperitabat, ab impatienti-  
jugi populo, fascibus exueretur, &  
in ejus locum eum qui viribus, ac  
virtute, populique gratia emine-  
ret, subrogarent, ac pro legitime  
deinceps Rege venerarentur. Hoc  
vero in laude apud Sinas ponen-  
dum, quod complures honestam  
potius mortem eligere optant  
quam in intrusi Principis verba cō-  
jurare. Etenim apud Sinenses Phi-  
losophos celebre dictum: *Matro-  
na casta duos nescit maritos; nec si  
delis cliens duos dominos.*

In hoc Imperio nullæ sunt lege-  
antiquæ, quales apud nos duode-  
cim Tabularum, iurisque Cæsarei  
quibus perpetuo Respublica gu-  
bernetur. Sed qui primus è famili-  
quapiam regnum capit, is uova  
pro arbitratu leges condit, quas ei  
eadem familia posteri observari  
coguntur, nec facile immutari  
permittuntur. Quapropter lege  
illa

Ilæ, quæ hodie ab Sinis observantur, nō sunt Humvuo antiquiores. Omnes ille aut condidit, aut à veteribus acceptas confirmavit, eum ibi maxime scopum præfigens, qua ratione regno pacem, sibi auctoris Imperium quam diutissime propagaret.

Ex eo quod hujus regni fines ita longe lateque proferantur, & ex ignorantia transmarini orbis, arbitrantur Sinæ Regem suum orbi diverso imperare, ideoq; specioso lum nomine cœli filium *Thiencu* icunt, & hodie, ut olim semper, appellant. Quia porro cœlum ipsi ro supremo Numinine colunt, idem t cœli ac Dei filium nominare. Ulgo tamen non hoc nomine, sed *Hoamti* appellatur, hoc est, summus Imperator aut Monarcha. æteri vero Reges longe inferio- titulo ab Sinis *Guam* appellan- r.

Humvus ille, quem dixi, non

G 2 vir-

virtute solum bellica, sed ingenio  
quoque & solertia, insignis fuisse  
perhibetur. Id persuadent statuta  
legesque complures, quibus Rem-  
publicam Sinensem stabilivit. Ex  
iis nobiliora quædam seligam, me-  
mor semper institutæ brevitatis.  
Quod (ut ex Annalium serie con-  
stat) omnes familiae Regiæ, pro-  
pinquorum regiorum, vel regn-  
procerum factionibus imperio ex-  
ciderunt, propterea quod regn-  
habenas magnam partem mode-  
rarentur, statuit, ne quisquam è re-  
gio sanguine publicum deincep-  
munus attingeret, sive illud urba-  
num esset, sive militare. Illis por-  
Ducibus, quorum auxilio regnur-  
à Tartarorum Tyrannide libera-  
rat, eorumque posteris, militare  
hæreditatio jure, attribuit præfe-  
cturas. Ne vero regium genus a  
omni publico munere se rejectum  
ferret impotentius, Regum filio-  
titulo *Guam*, id est, *Regulorum*

appe-

appellatione insignivit, annuosque census amplissimos assignavit. Sed eos non in prediis agrisve, ne clientes obtinerent, sed in annuo stipendio, quod ex ærario regio ab Magistratibus penderetur, collocavit. Voluit etiam ut eos Magistratus pro Regulis omnes venerarentur, sed nemo illis subderetur. Regulorum deinceps filios ac nepotes variis titulis ita honestavit, ut paulatim decresceret cum anno censu, prout à regio trunco longius per ætatum gradus descendissent. Cum vero ad certas ætates pervenissent, non amplius iis ex ærario publico præberetur, quam quantum ad vitam commode tuendam, sine ullo vel opificio vel negotiatione, esset satis. Providit etiam ut Regii sanguinis puellæ pro dignitate ac Regii trunci propinquitate, collocarentur, & speciosis plus minusve titulis, optimoque censu eundem in modum dotarentur.

G 3      Sociis

Sociis porro Ducibus, regnique liberatoribus, annuos census liberalissime, & honorum titulos speciosissime impertivit, militares item Præfecturas, aliasque immunitates largitus est, sed Urbanis Magistratibus non secus fere ac reliqui subduntur. Ex iis immunitibus una est primogenitorum, apud nostrates inaudita. In lamina ferrea ad instar pateræ exsculpta visuntur præclara illa facinora, quæ à familiæ capite sub Humvuo Rege ad regni liberationem patrata sunt. In horum gratiam, delicti cuiuslibet impunitatem, etiam morte plectendi, impetrabit etiam tertio, si eam laminam Regi obtulerit; qua visa Rex quoties condonat, in ea cælari jubet indicium quoddam, ex quo intelligatur, quoties ea lamina veniam impetravit. Id porro intelligendum est, excepto perduellione, ejus enim convicti, omni mox dignitate ipsi

totæ-

totaque posteritas in perpetuum exuuntur. Ejus generis honores & census, cum ea quam dixi temporis imminutione, generi Regii & saceri obtinent, & alii etiam non nulli, qui de Sinensi Republica Regiove statu insigni facinore benemeriti fuisse reperiuntur.

Ad regendam porro Rempublicam, totiusque Regni gubernacula, soli Doctores aut Licentiati in examinibus renunciati adsciscuntur, nec eam ad rem ipsi gratia vel Magistratum vel ipsius etiam Regis indigent, omnia enim Reipublicæ munera ab explorata cujusq; scientia, virtute, prudentia, solertiaque dependent, sive nunc primum gerere incipient, sive jam alios gesserint Magistratus. Id porro Humvui leges ita præcipiunt, & magnam partem observantur, excepto eo, quod humana malitia à Gentilibus minime religiosis quotidie contra jura legesq; peccatur.

G 4 Ma-

Magistratus omnes, sive Philo-  
sophici, sive militaris fuerint Sena-  
tus, Sinensi lingua *Quonfu* (Præf.  
des dixeris) appellantur. Sed ho-  
noris iidem non officii causa *Lau-*  
*veye*, vel *Lautie* nuncupantur. I  
Dominum ac Parentem sonat. Lu-  
sitani Magistratus illos, à mandād  
fortasse, *Mandarinos* vocant, qu  
nomine jam etiam apud Europę  
Sinici Magistratus intelliguntur.

Etsi dixeram initio, Mon-  
chicam esse hujus regni admini-  
strandi rationem, tamen è dicto  
facile constat, & è dicendis con-  
stabit, Aristocratiæ non parum ad  
miseri. Quanquam enim omne  
quod à Magistratibus statuitur, ne  
cessè sit, ab Rege libellis ei dat  
confirmari; nihil tamen ulla in r  
decernit prius, quam à Magistrat  
bus ante solicitetur aut moneatur.  
Si porro privatus quispiam Regi  
bellum obtulerit (quod ideo pau-  
faciunt, quia omnes ab certo Ma-  
gistrat

stratu exuti prius & approbari  
necessa est, quam ad Regem trans-  
mittantur) si Rex annuere se velle  
se ferat prima concessione, ita  
lire subscribit; Executiat hunc li-  
bellum tribunal, cuius interest, me-  
moneat quod faciendum vi-  
teatur. Indubitatum illud omnino  
aberi debet, quod ego studiose  
xploravi, ipsi Regi omnino non  
cere cuiquam pecuniarium mu-  
tus largiri, aut Magistratum con-  
siderre, aut augere, nisi ab aliquo  
Magistratu fuerit rogatus. Id por-  
o non ita intelligendū, quasi Rex  
privata authoritate iis, qui intra pa-  
latii fines commorantur, munera  
largiri nō possit; facit enim id fre-  
quenter ex antiqua consuetudine,  
ac velut lege, qua cuique licet ē  
sumptu domestico amicos coho-  
nestare, sed id inter beneficia pub-  
lica minime ponitur. Siquidem Re-  
gis hæc dona, non è publico, sed  
ex privato censu fiunt.

Vestigalium redditus, atq; 1  
butorum, qui sine dubio centrum  
quinquaginta milliones (ut vulgo  
vocat) excedunt in singulos annos  
non in palatii ærarium inferuntur  
nec eos Regi expendere suo ar-  
tratu licet, sed omnia, sive arge-  
tum, gentis monera, sive oriza  
jusdem commeatus, in æraria  
horrea publica toto regno con-  
runtur. Ex iis Regis conjugum,  
lioru[m]que sumptus, nec non R-  
giorum propinquorum, & eun-  
chorum, & universi famulatus re-  
gii, suppeditantur, regio semper  
splendore & copia, nihil tame-  
plus minusve quam legibus pra-  
scribitur. Inde Magistratum  
litumque stipendia, & cæteroru[m]  
toto regno curialium ministrorum  
solvuntur, quæ summa major est  
quam nostrates sibi persuadere po-  
sint: hinc etiam ædificia publica  
Regis palatium & Regiorum pro-  
pinquorum, Urbium muri, arcium  
pro

opugnacula, bellicus denique ordinis apparatus instauratur, nec in regni amplitudine unquā deest mod erigas aut instaures. Et, quod credibilius videtur, annis quibus tam contingere solet, ut ne hæc sive uideam tam ingens vestigalium summa sumptū exæquet, sed nova tiam tributa imponi necesse sit.

Verum ad Magistratum ordinis privatim descendamus, quorum in universum duo esse genera eperio. Alterum est eorum, qui non solum in Regia Magistratus publicos gerunt, sed ex ea velut ex pecula regnum moderantur universum. Alterum est Provincialium Magistratum, qui singulas vel provincias, vel urbes gubernant. Itriusque ordinis quinque aut sex columnæ justæ magnitudinis, toto regno venalia extant, & in urbe regia Pequinensi bis mensibus singulis recidunt, quod ex eorum ratione typographica perfacile est.

In

In his voluminibus aliud legam primam  
nihil, præter nomina, patriam gradum eorum, qui toto regno tempore Magistratus gerunt. Tamen auctorites porro recudi omnino necesse est, nam in tanta eorum multitudine, quotidianæ sunt vices, nonnulli alios mori, alios privari, alios remitti ad inferiora munera, aliorum denique parentes diem suum obtingit; ex quo postremo casu ut ad luctum triennē, domum recessario, abdicato quolibet exemplo Magistratu revertantur, de quod infra suo loco. Et ad eorum qui sunt loca supplenda, nunquam nisi in Regia Pequinensi permulti fortunam præstolantur. Ex hac tantitudine, solum eos Magistri attingam, quos ad insequitum librorum intelligentiam necessarios esse judicabo. Militare porro Senatum universum silentium involuam, ne præscriptos institutis brevitatis fines excedam.

Dicatur

Dicam primum de Curialibus,  
inde de Provincialibus officiis.  
Curialia ergo tribunalia primaria  
et numerantur. Primum *Li-pu*  
cant, *pu* enim Sinis idem est ac  
bunal, *Li-pu* Magistratum tri-  
nal. Id supra cætera tribunalia  
ninet, ex eo quod ejus interfit,  
omnes omnino totius regni Philo-  
phici ordinis Magistratus, qui po-  
ores habentur, nominare. Quæ  
ominatio prima scriptorum pre-  
dictarum, cuius judicium est penes hoc  
tribunal, definitur. Et ab humilio-  
bus omnes officiis initium sumen-  
tes, ad unum omnes paulatim per  
ræscriptos legibus honorum gra-  
us ascendunt, si quidem in inferio-  
ribus virtutis ac justitiae specimen  
recederint: contra si fecerint, vel ad  
humiliores Magistratus abjiciun-  
tur, vel omnino privantur. Cer-  
tum enim est, eum qui literarum  
gradus obtinuit, ad ipsam us-  
que senectutem continuo ascensu  
ad

110 NIC. TRIGAVT.

ad summa quæque adspirare, ne  
unquam nisi sua culpa rejici à i-  
genda Republica. Porro si eu-  
rejici omnino ex culpa contigeret  
una cum Magistratu spem quoq[ue]  
ad Rempublicam regendam r-  
deundi deponit.

Alterum tribunal *Hopu* vocant  
quod apud nos Æratii aut Qua-  
sturæ nuncupatur. Hujus intere-  
regia vestigalia exigere, stipendia  
persolvere, sumptus publicos face-  
re, aliaque hujusmodi.

Tertium *Lypu* vocant, nos Ba-  
tuum tribunal possumus appella-  
re. Ab hoc sacrificia publica, fana  
fanorumque Sacerdotes, Regi  
conjugia, Ludi literarii, examina  
utrite & ex ordine fiant, publico  
festivi dies, gratulationes certi  
temporibus & eventis communes  
Regi exhibendæ, tituli benemeriti  
deferendi, Medici, Mathematicorum  
Collegia, Legationes ex-  
cipiendæ, remittendæ, earum ritus,  
munera,

DE REG. CHINÆ. III

unera, literæque curantur. Indi-  
um enim Rex arbitratur sua  
majestate, per se ipsum literas cui-  
am scribere, vel intra vel extra  
gni fines.

Quartum tribunal *Pimpū*, id est,  
ilitare vocant. Huic omnes mi-  
ares præfecturæ subsunt; nam &  
feruntur ignavis, & strenuis con-  
runtur, & pro facinorum magni-  
dine, dignitatis ab eo datur in-  
ementum. Hujus etiam interest,  
i militaris examina curare, gra-  
isque conferre.

Quintum *Cumpū* vocant, nos-  
tros lificiorum publicorum tribunal  
ossimus appellare. Hujus munus  
est, hujusmodi moles delineare,  
latia scilicet, vel Regis, vel Re-  
giorum propinquorum, aut Ma-  
stratum; navigia quoque con-  
ci curat, quæ in usus publicos,  
ut classes necessaria sunt; pon-  
it item, Vrbiumque muros fa-  
cit ac reficit, omnem denique  
alium

112 NIC. TRIGAVT.  
alium curat apparatus.

Sextum porro, quod à repetet  
dis criminum pœnis *Himpū* vici Hanc  
cant, de criminibus inquirit ac  
dicat. Publicæ quoque toto  
gno custodiæ huic tribunalis suæ  
duntur.

Omnia totius regni negotia  
his tribunalibus pendent. Quapropter in unaquaque provincia, &  
vitate sibi subiectos habent Magistratus atque Notarios, à quibus  
singulis magna fide admonentur  
atque ita non parvum tanta nego-  
tiorum mole distinentur; sed munera ho-  
titudo, Collegiorumque illorum  
ordo levius hoc onus facit. Na-  
ioprimis unus est totius tribuna-  
Præses, quem *Ciam ciu* vocant.  
Assessores habet duos, à dextris a  
terum, alterum à sinistris; hi *Cila*  
appellantur. Horum trium digni-  
tas in urbe regia, regnoque uni-  
verso inter supremas numeratu-  
Secundum hos tribunal quodlibet

DE REG. CHINAE. II;

In varia ejus officia distribuitur; quibus singulis plures præsunt Collegæ. His accedunt Notarii, Curiiales, apparitores; aliquique famuli complures.

Præter hæc tribunalia, aliud est toto regno & aula maximum, *Co-  
legium Iaos* vocant, ii fere sunt tres qua-  
Quatuorve, nonnunquam sex; qui nidi-  
til peculiariter sibi commissum  
habent, sed Republicæ invigilant  
universæ, & in omni negotio Re-  
gi sunt à secretis. Hi quotidie in  
Regium palatum admittuntur. Et  
cum Rex hodie definiendis publi-  
cæ regni negotiis (quæ olim ipse  
in Nizum his Colais definiebat) non in-  
terficit, in palatio totos dies hærent;  
& libellis ad Regem magno quo-  
tidie numero missis, pro arbitratu-  
respondent. Cum hoc responso ad  
Regem redeunt, à quo pro nutu  
approbantur, antiquantur, aut  
mutantur. Quod ultimum re-  
sponsum Rex sua manu libellis

H adscri-

114 N I C. T R I G A V T.  
adscribit, ut deinde quod jussus  
executioni mandetur.

Præter hos quos dixi Magistrum  
tuum ordines, aliosque complures  
quos attingere non libet, id est  
quod à nostratis vix discreperet.  
alii duo sunt ordines, nostris fe-  
inauditi. Prior *Choli*, posterior  
*Tauli* dicitur: in singulis ordinibus  
supra sexaginta numerantur, sed  
etiam omnes Philosophi, Viri cordi  
ac prudentes, qui jam Regi ac re-  
gno fidem suam prius egregie pro-  
barunt. Hi duo ordines Curia  
bus & Provincialibus ab Rege ma-  
gni ponderis negotiis extra ordi-  
nem adhibentur, cum magna sen-  
tientia ac regia potestate, quæ ven-  
erationem illis autoritatemq; con-  
ciliat. Sed præ reliquis peculia-  
rium munus est, quale apud na-  
tionaliter  
Syndicorum: quod in eo versatu  
ut libellis, quoties voluerint, Re-  
gem admoneant, sicuti contra le-  
ges in universo regno peccatu-

Qua in re non solum Magistrati-  
bus minime parcunt, etiam si su-  
premi fuerint, sed ne cum ipso qui-  
dam Rege, aut regia domo dissi-  
culant. Hoc mihi munus nō mul-  
tum à Lacedæmoniis Ephoris dis-  
crepum à repare videretur, si plus aliquid  
possent hi monitores quam loqui,  
ut potius scribere, & si non à Re-  
gis admoniti nutu dependere co-  
niverentur. Verum hoc suo munere  
exacte funguntur, ut externis  
gentibus stupori esse possint & ex-  
empli. Nullis enim ullo unquam  
tempore Magistratibus, imo nec  
Regi (tanta eorum est libertas  
& integritas) parcunt. Et quan-  
quam non raro stomachari Re-  
gem, & in eos atrociter etiam sæ-  
re contingat (plerumque enim  
ibi acrior est doloris sensus, libel-  
lorum suorum aculeum figunt,  
Magistratum maximorum ac Re-  
gis nullo delectu vitia carpentes)  
unquam tamen à monendo car-

H 2 pen-

pendoque desistunt, quamdiu ma-  
lo communi remedium opportu-  
num minime adhibetur.

Hoc ipsum etiam reliquis Ma-  
gistratibus per leges licet, nec Ma-  
gistratibus solum, sed privato e-  
iam cuique: illorum tamen, quo  
supra commemoravi, libelli plu-  
funt, quoniam ex officio peculia-  
illud præstant. Libellorum ad Re-  
gem transmissorum exemplaria  
regiaque responsa à complurib.  
excuduntur. Hinc sit, ut quam ca-  
lerrime per omnes regni angul-  
aulica negotia pervagentur. Ne-  
desunt, qui hos deinde libellos  
libros compingant: & si quid po-  
steritatis memoria dignum detu-  
in regni Annales transcribitur.

Paucis abhinc annis cum vell  
Rex, qui nunc imperat, natu-  
cundum, sibi & Reginæ charis-  
mum filium, excluso primogeniti  
contra leges in Principem ina-  
gurari, tantus libellorum num-

us conscriptus fuit, quibus factum  
legis reprehendebatur, ut furore  
incitatus Rex, supra centum vel  
fficiis privarit, vel humilioribus  
ddixerit. Nec tamen hoc metu  
erriti sibi temperarunt, sed die  
uadam omnes, qui tum aderant,  
Magistratus in unum conspirantes,  
sese in Regium palatum contule-  
e, & munerum suorum insignia  
eponentes, misserunt, qui Regem  
non eret, si in hoc negotio contra  
eges instare pergeret, omni in po-  
terum Magistratu sese abdicare,  
privatosq; domum repetere; ipsum  
regnū suū quibus vellet com-  
mendaret. Quo audito Rex ab ea  
e vel invitus abstinuit.

Nuper etiam cum Colaorum  
naximus minus legitime suo mu-  
iere fungeretur, intra bimestre cē-  
um fere libellis ab his Regiis mo-  
itoribus est accusatus, tametsi  
ō nescirent eum Regigratio sum  
n paucis: nec diu post extinctus

H 3      est,

est, & quidem (ut fama est) præ de  
loris magnitudine.

Præter hos in aula Magistratu  
sunt etiam ibidem non pauca Co  
legia in varios fines instituta , se  
omnium nobilissimum est, quo  
*Han lin yuen* appellatur. In illu  
nonnisi selecti Doctores indit  
supra examinibus , adsciscuntu  
Qui in regio illo Collegio versat  
tur, nihil omnino publici muner  
attингunt, & eos , qui Rempubl  
cam regunt , superant dignitate  
Unde magno studio ad illud Col  
legium adspiratur. Horum mun  
est scriptiones regias componere  
regni Annales concinnare , leges  
ac statuta scibere. Ex his Regum a  
Principum Magistri eliguntur. Tc  
ti studiis incumbunt , & in ipsi  
Collegio suos habent honorum  
gradus, quos scriptione consequi  
tur. Inde ad gravissimas dignita  
tes, non tamen extra curiam, assu  
muntur. Nemo ad Colai gravissi  
mun

num munus eligitur, nisi ex hoc  
Collegio. Magnum etiam quæ-  
cum faciunt scriptionibus in ami-  
orum gratiam condendis. Hujus-  
modi sunt epitaphia, inscriptiones,  
et, quæ similia, quæ omnes ab iis certa-  
dilim impetrare gestiunt; quæque  
oc solo nomine, quia ab illis pro-  
discuntur, elegantissima haben-  
tur. Examinibus demum Licentia-  
orum & Doctorum (à quibus pro-  
Magistris habentur, & muneribus  
donantur) præsides sunt & arbitri.

Hi omnes Pequinensis aule Ma-  
gistratus, exceptis Colais, Nanqui-  
ni quoque reperiuntur, sed inferio-  
res omnino ex Regis absentia.  
Hujus rei causam hanc fuisse scri-  
bunt. Humvus regni sedem Nan-  
quini fixerat. Eo mortuo, è nepo-  
tibus ejus unus Yunlo dictus, qui in  
Borealibus provinciis cum exer-  
citu regni fines à Tartaris recens  
pulsis cum Reguli dignitate tue-  
batur; is, inquam, cum adverteret

Hum-

Humvui primogenitum regni hæ  
redem , parum industrium ac stre  
num , statuit illi regnum eripere  
& sibi comparare. Cum itaq; Bo  
reales provincias sibi facile adjun  
xisset , Nanquinum venit cum ex  
ercitu , & qua vi , qua dolo , largitio  
nibusq; reliquas sibi provincias ag  
gregavit , & patruum Nanquinc  
expulit. Quo facto universum sib  
regnum nullo renitente , subjecit  
Et quoniam in Aquilonaribus pro  
vinciis plus habebat virium ac fi  
dei , & Tartaros inde ad recuperan  
dam regni tyrannidem credibile  
erat erupturos , iis in partibus con  
sidere statuit ; & quidem ea in ur  
be , in qua reges Tartari , cum Sinis  
imperitabant , morabantur. Eam  
urbem ipse *Pequim* , id est , Bore  
alem Curiam , ad similitudinem Au  
stralis , quæ dicitur *Nanquin* no  
minavit. Eam mutationem ut  
moderatius ferrent Nanquinenses ,  
eosdem iis Magistratus ac immu  
nitata-

ates, quibus prius fruebantur, re-  
macteuit.

Venio nunc ad publicam in pro-  
vinciis administrationem. Vrbes  
æ curialibus provinciis, Pequi-  
nensi ac Nanquinensi sunt attribu-  
, eodem, quo cæteræ provincia-  
m reliquarum urbes, ordine gu-  
ernantur; sed tamen appellatio-  
es ad suam cuiusque curiam diri-  
untur. Cæterarum tredecim pro-  
vincialium regimen pendet à Ma-  
istratu quodam, quem *Pucin-*  
& ab altero, quem *Naganza-*  
vocant. Prior de causis civili-  
bus, posterior de criminalibus judi-  
catur. Horum sedes est in Provinciæ  
metropoli cum maximo apparatu.  
utroq; porro tribunali varii sunt  
Collegæ, & ipsi quoque Principes  
Magistratus, qui *Tauli* appellantur.  
Ios sæpe cōtingit extra metropo-  
lum morari, ideo quod aliquot ur-  
ibus præsint, eosq; deceat nō pro-  
cul à cōmisso sibi munere abesse.

H 5 Pro-

Provinciæ omnes, ut supra dixi, in varias regiones distributæ sunt, quas ipsi *Fu* appellant. Regiones cujusque proprius est gubernator, quem *Cifu* vocant. Regiones potius iterum in *Cen* & *Hien* subdividuntur, ac si dicas, oppida nobiliora vulgaria; nec ea minora nostrata in urbibus non maximis. Si singulari suum quoque habent Praefectum, illum *Cicen*, hunc *Cibie* vocant: *Ci* enim apud Sinas gubernare innuit. Hi omnium urbiuum ac regionum praefecti, suos habent Collegas, ac velut Assessores numero quatuor, qui eos, velut auditores, ac judices, in cognoscendis editionis suæ causis adjuvant.

Verum hic breviter notandur arbitror, confutandumque errorrem, qui in aliquos scriptores irrepsit. Nam ex eo, quod Gubenerator, ejusq; curia nomen accipiant ab *Vrbis*, in qua resident, nomine verbi gratia in *Vrbe Nanciam*, ipsa regio

gio tota, ejusque Gubernator, &  
aria eodem nomine appellantur  
*anciamfu*; arbitrati sunt hinc ali-  
ui, has apud Sinas solas Vrbes esse  
næ *Fu* appellantur, reliquas *Cen*  
*Hien* oppida vel pagos haberi.  
Quod omnino falsissimum esse,  
non è locorum dumtaxat amplitu-  
ne & frequentia colligitur, sed ex  
uso etiam publicæ administratio-  
is modo. Nam illa ipsa Vrbs, in  
qua totius Regionis præfetus cō-  
noratur, nomen etiam *Hien* obti-  
net, & proprium habet Guberna-  
torem, quem *Cihien* vocant; suos  
em, instar reliquarum, Collegas  
& Assessores. Ipse vero Regionis  
præfetus in hac sua sede nihilo  
plus habet autoritatis, quam in re-  
quisditioni suæ attributis. Id au-  
tem jus est primæ ad eum appella-  
tionis, cum causæ ab *Cicen* & *Ci-*  
*hien* judicatae, ad eum velut supe-  
riorem in prima appellatione re-  
mittuntur. Secunda enim appella-  
tio,

tio, eaque in gravioribus ca  
dumtaxat, ad metropolis summa  
Magistratus *Pucimsu* & *Naganz  
su*, eorumque Collegas, pro ratio  
ne causæ remittuntur. Imo ip  
quoque metropoles suum habet  
*Cifu* & *Cibien*, non minus qua  
eis subordinatæ regiones. Int  
omnes vero istos Magistratus in  
credibilis est bene ordinatae Re  
publicæ symmetria.

Quoniam vero omnis Reipub  
licæ administratio in provinciis, i  
Regiam Pequinensem est referen  
da, ideo in qualibet provincia, p  
ter hos Magistratus, alii sunt duc  
dictis superiores, ex Vrbe regi  
transmissi. Eorum alter in Provin  
cia sedem figit, & *Tutam* appella  
tur: alter quotannis ab Vrbe Regi  
mittitur, & *Ciayuen* nominatur.  
Prioris autoritas, quia magna est in  
Magistratus omnes ac subditos, &  
quia rei bellicæ præest, & primari  
Reipublicæ munera attingit, cum

Pro

coregibus nostris posse videtur  
comparari. Posterioris dignitas est  
velut Commissarii ac Visitatoris.  
tamen , quia ex Regis mandato  
potius provinciæ causas revidet, ur-  
es arcesque visitat, de Magistrati-  
us omnibus inquirit , & aliquos  
iam è non maximis pleget , & in  
ordinem redigit , de reliquis Re-  
gem monet , quo quisque modo  
o munere perfungatur : & quia  
nus ex omnibus Magistratibus in  
provinciis capitales pœnas exequi-  
tur, ideo eum omnes merito vene-  
antur ac metuunt.

Præter hos Magistratus, alii quo-  
que sunt complures , qui varia in  
rbibus , ac etiam pagis & oppidis  
nunia exercent. Et præter hos  
complures militum Præfecti ac  
Duces, in toto regno , sed maxime  
in locis maritimis & conterminis,  
ubique excubant , pro muris, por-  
is, pontibus , arcibus, ac si omnia  
bello arderent, cum pax ubique sit  
altif-

altissima; nam & suos delectus habent, militumque lustra & pal

stras prope quotidianas.

Omnis omnino totius regni fortunae  
Magistratus ad novem ordines reducuntur, sive Philosophicum sp  
ecies, sive militarem Senatum. P  
horum ordinum ratione stipendi  
dium ex ærario publico cuique v  
pecuniarium vel oriza singulis m  
sibus penditur. Quod revera ex  
guum est in tanta Magistratu  
majestate; neque enim ullius st  
pendium, ut è supremo fuerit o  
dine, ad mille aureos in annos si  
gulos excrescit. Et in hoc stipe  
dio omnes, qui eodem ordine cer  
sentur, sunt plane pares, sive ii si  
Philosophici, sive militares; nam i  
re bellica supremus ordo par  
pit stipendum cum supremo lite  
ratorum ordine. Id autem intell  
gas velim de statuto cuique ordi  
per leges proventu: nam quod ex  
tra ordinem lucris acquiritur, lor

g

e majus est, quam quod stipendio  
rsolvitur. Nihil autem de aliis  
go, quæ cuique sua industria, cu-  
ditas, fortuna, largitioque ratio-  
e dignitatis parit, nam his ad ma-  
nas opes fere perveniunt.

Omnes quoq; Magistratus, sive  
philosophici, sive Militares, infimi  
xta ac summi, eodem pileo in-  
gniuntur. Is est è velo nigro, &  
trimque duas velut alas habet, fere  
apra aures, ovatæ figuræ; eæ ita  
piles adhærent, ut tamen facile  
xcidant. Hoc aiunt modo se ad  
modeste rectaq; incedendum co-  
i, & à capite leviter inflectendo  
prohiberi, quod si fecerint, Magis-  
tratum violant majestatē. Idem  
st etiam vestitus omnibus: eadem  
creæ, quarum est peculiaris figu-  
a & materia, & pelle nigra ele-  
ganti. Insigne quoque Magistra-  
tum omnium est cingulum quod-  
am ipso corporis ambitu laxius,  
& quatuor plus minus digitos la-  
tum.

tum. Id insigni opere, qua circumferentia  
ribus figuris, qua quadratis, excutatur.  
natur. In pectore quoque & à tegumento nego  
duos quadratos pannos operatos, ab Si-  
Phrygio eleganter intextos assu-  
muntur, sed in his quadrangulis, aut cingulis  
magnis, magna est varietas, & pro varia  
tate majestas. Ex his enim mox intellegitur  
quod sint Senatoriæ, q  
tu, Philosophicone an militari,  
in eo quam quisque obtineat cognitatem. Nam in pannis illis per  
stromatum opere, quadrupedum, aliud  
aut volucrum, aut florum etiam  
guræ effictæ visuntur. Zonæ vero  
illæ Senatoriæ è materiæ dignitate, indicant majestatem: aliæ eni  
è tornatili stipite, è cornu aliæ, è  
unicornu quædam, vel è Calamula ligno in primis odorifero, nonnu  
læ ex argento aurove, sed omniu  
nobilissimæ è marmore quodam  
pellucido, cui Iaspis nomen impeditum  
suimus, sed omnino Iaspis no  
est, ac forte Sapphiro marmo  
sim.

milius, ipsi *Yuce* vocant: ab Sa-  
cenis autem ab Occasu, è regno  
lascar, à negotiatoribus impor-  
tatur, & ab Sinis habetur in primis  
in pretio. sed de eo erit infra ali-  
uis dicendi locus. Internoscun-  
tur etiam apud Sinas Magistratus  
umbellis ad arcendum Solem  
expansis, quibus tecti solent in  
publicum prodire: alias enim è  
eruleo colore habent, alias è  
avo; aliis binæ gestantur ad pom-  
mum, aliis ternæ, aliis non nisi  
uti licet. Distinguuntur et-  
iam ex apparatu, quo in publi-  
cum prodeunt: nam infimi qui-  
equitant, maximi gestatoria  
illa in bajulorum humeris vehun-  
tur. Sed & in bajulorum numero  
Majestas; aliis enim non nisi  
quateris uti licet, alii etiam octo  
dhibere possunt. Sunt etiam alia  
permulta dignitatis ornamenta,  
magistratumque insignia, ve-  
silla, catenæ, thuribula, satelli-

I tium

130 Nic. TRIGAVT.

tium frequens , cuius clamorib  
arcetur in vicis turba. Et tanta e  
orum veneratio , ut in vicis etia  
frequentissimis nemo comparea  
sed secedant ad hos ejulatus on  
nes , idque pro Magistratum c  
gnitate magis minusve factitatu

Prius hoc de Republicæ Sine  
sis administratione caput qua  
claudam , operæ pretium factur  
videor , si nonnulla singulatim con  
memoravero , in quibus ab Eur  
pæis Sinæ discrepant. Atque in pri  
mis illud admirabile videri pote  
tametsi hoc regnum & limitu  
amplitudine , & gentis frequenti  
& commeatum copia , omnique  
materia redundet , è qua navig  
cæteraque omnia bellica arm  
amenta conflantur , quibus auxil  
facile vicina saltem regna sibi a  
gregarent; neque Rex tamen , n  
que subditi de eo laborant , nec  
in mentem venit: sed suis conten  
aliena nec ambiant quidem. Q

in re mihi videntur longissime ab europæis gentibus dissidere , quas sepe videmus propriis regnis exurbatas , dum ad aliena aspirant , uxæ inexpleta dominandi libidine mnia devorant , nec à majoribus accepta norunt conservare , quod inæ multis annorum millibus po-  
uerere.

Hinc ego quidem arbitror com-  
mento simillimum , quod scripto-  
res nostri non pauci de Sinis com-  
memorant; eos sub Imperii sui ex-  
ordia , non vicina solum sibi regna  
subjecisse , sed etiam in Indiam us-  
que pervenisse. Cum enim (ut scri-  
xit P. Matthæus Riccius) Sinarum  
Annales à quater mille annis ad hęc  
tempora studiosissime evolverim ,  
ne vestigium quidem tantæ rei re-  
gulatio , nec unquam eos audio hanc  
Imperii latitudinem ostentantes :  
quoniam potius , cum hoc ipsum è non-  
nullis literatis sæpe quæsierim , in  
eo conspirant omnes , id nec un-

I 2            quam

quam fuisse, nec esse potuisse.

Hic error scriptorum (ut eorum autoritatem tueamur) inde potui irrepere, quod nonnulla Sinica gentis in exteris locis vestigia reperiantur, ad quæ eos sua voluntate, non Regis autoritate navigasse credibile est, ut hodie in Philippi-nis insulis est cernere.

Alterum quoq; notatu dignissi-mum, universum regnum, ut supra dixi, à suis Philosophis administrari, & in iis merum mistumq; imperiu-reperiri. Hos, milites ac Duces om-nes magna animi demissione ac ri-tu singulari venerantur, eisq; subji-ciuntur: & non raro contingit illos ab his non secus vapulare, quā apud nos pueri à Ludimagistro. Ab his etiam Philosophis, omnia quæ ad rem bellicam, cui intersunt & præ-sunt, gubernātur, eorumq; consilia ac sententiæ plus autoritatis apud Regem habent, quam cæterorum rei militaris Præfectorum, quos nō

nisi

sequuntur.

si paucos, & raro in bellicas consultationes admittere mos est. Hinc ut ex iis, qui altos spiritus alunt, emo ad res bellicas animū adjungat, & ad infimas potius Philosophi hici Senatus dignitates aspiret, quād maximos in re bellica Magistratus: vident enim Philosophos quætu, & hominū opinione, & veneracione longo præire intervallo. Sed quod in hac re admirabilius exteris videbitur, est, Philosophos illos nobilitate animi, in Regem ac Rem publicā fide, periculorum ac moris in patriæ causa contemptu, palnam sine dubio de illis ferre, qui rem bellicam ex proprio instituto profitentur. Id inde fortasse habet originem, quod studiis literarum hominis animus nobilitetur, aut deo quod jam inde ab ipsis hujus regni primordiis literæ mansuetiores pluris semper fuerint, quā professio militaris, apud gentem minime cupidam imperii proferendi.

I 3 Non

Non minus admiranda est Magistratum inter se superiorum aminatiorum symmetria ; sive Provincialium cum Curialibus , & heraldicis ; rum cum ipso Rege ; quam ipsi non solo ad amissim parendi studio sed externo quoq; cultu profiteretur. Visitationes enim certis temporibus in morem inductas , ac dominariorum officia nunquam intermittunt. Inferiores quoque cum superioribus sive pro tribunali sive alibi , vix nisi flexo poplite colloquuntur , verbisque eos compellant honorificis. Idem præstant subditi Urbium Præfectis a Præsidibus ; tametsi constet , eo ante adeptum literarii munere Magistris gradum , initosque Magistratus , ex infima plebe esse progenitos.

Nemo etiam ultra triennium dignitatem ullam gerit , nisi denuo ab Rege confirmetur , sed fere a majorē evehitur. Verum non ita eodem

odem loco; quod ideo fit, ne quis  
nicitias facile contrahat, & à ju-  
nitix rigore avertatur, aut provin-  
æ alicujus animos admodum sibi  
conciliet, potissimum si summas  
dellerit dignitates; cuius favore  
poterit, res novas moliatur, quod  
uperioribus sæculis contigisse cō-  
memorant. Primaria quoque Pro-  
vinciarum, Regionum, ac Urbium  
Capita, quæ supra nominavi *Pu-*  
*insu*, *Naganzasu*, *Cifu*, *Ciceu*, *Ci-*  
*pouien*, & similes Magistratus opor-  
et tertio quoque anno simul om-  
nes in Regia Pequinensi assistere,  
Regique solemnis clientelæ offi-  
cialia deferre. Eoque ipso tempore  
Magistratibus toto regno per-  
provincias sparsis inquiritur; sive ii  
sint, qui adesse coguntur, sive cæ-  
teri; idque summo rigore. Ex hoc  
examine deinde statuitur, qui in  
Republica conseruandi, qui amo-  
vendi, qui evehendi, qui deturban-  
di, qui etiam plectendi, nullo habi-  
to

to ad personas respectu. A me quod  
que observatū est, ne Regem quādū  
dēm ipsum audere quicquam ex i  
immutare, quæ in hac publica di  
quisitione à nominatis Iudicib  
sunt constituta. Qui porro plectun  
tur, nec insimilisunt, nec pauci. Ann  
quidem nostræ salutis 1607 inqui  
incidebat hujusmodi disquisitio  
quater mille Magistratus legimus  
condemnatos. Eorum enim serie  
in unum volumen refertur, quo  
excusum toto regno publicatur.

Damnati porro ad quinq; clas  
ses rediguntur. Prima cupidos cō  
tinet, qui largitionibus jura vendi  
dere, qui è publico censu vel homi  
num privatorum fortunis, quic  
quam sibi usurparunt. Hi ab offi  
ciis excluduntur, & omnibus Ma  
gistratum insignibus & immuni  
tatis in perpetuum exuuntur. In  
secundam classem conjiciuntur ii,  
qui atrocius ab reis supplicia exe  
gerunt. Hi quoque suis dignitati  
bus,

s, eorumque insignibus aut pri-  
regiis exuti, domum privati re-  
mittuntur. Tertia classis numerat  
minores & Valetudinarios, Re-  
missiores etiam in pœnis exigen-  
tibus, aut munere suo peragendo. His  
us insignium & immunitatum,  
et privatis, per totam vitam per-  
mittitur. In quarta classe censem  
præcipites, & parum consi-  
derati in sententiis ferendis, qui  
quisque in publicorum munerum  
administratione ratio consilium  
defuerunt. Hi ad humiliaora  
unia destinantur, aut in ea loca  
mittuntur, ubi facilior esse Rei-  
publicæ administratio judicatur.  
Ultima classe comprehenduntur  
qui se, aut suos, universamque  
miliam minus caute regunt: &  
dignam Magistratu vivendi ra-  
sonem ducunt. Hi & officiis & im-  
munitatibus in perpetuum privan-  
tur. Eadem de Curialibus quoque  
Magistraribus, sed quinto solum

I S quo-

quoque anno, instituitur inquisitio  
Quæ ratio quoque cum rei belli  
Præfectis eodem tempore ac ordi-  
ne, nec dissimili austерitate obse-  
vatur.

Nemo in universo regno, ea  
provincia, in qua natus est , Mag-  
istratum gerit, nisi fuerit præfetu-  
militaris. Id ideo fit, ne priores, q-  
jus administrant, sanguini & am-  
citiæ succumbant; posteriores v-  
ro, ut amore patriæ incitati fortius  
eam tueantur. Domino Magistrum  
quopiam gerente , filiorum quoque  
aut domesticorum famulorum ne  
mo domo egreditur , ne largitio-  
nes procuret; sed obsequium quoque  
libet externum , à famulis Magis-  
tratui publice attributis , præsta-  
tur. Ipse vero domo egressus ,  
gillo fores munit, sive privatas, sive  
publicas , in quibus iudicia exer-  
centur; ne cui è domesticis , se in-  
scio, exitus pateat.

Advenam etiam nullum intrigo plu-

regi

igni fines vivere sinunt, qui redi-  
n in patriam meditetur, aut qui  
m externis regnis quicquam  
mercii habere intelligatur.  
uin etiam nulli omnino advenæ  
regni interiora permittunt adi-  
m. Cujus rei tametsi nullam le-  
m viderim, qua id interdicatur,  
multis tamen sæculis consuetu-  
nem hanc, metu quodam seu  
orrore erga exteris gentes, irre-  
se animadvero. Id autem non  
advenis illis solum intelligi ve-  
n, quos longa terræ marisve spa-  
Sinis ignotos reddiderint, aut  
iis, quibuscum inimicitias exer-  
ent, sed de amicis etiam suoque  
gno vestigalibus: quales sunt  
oriz contermini, & fere Sina-  
m legibus utentes. Talem ego  
ullum haec tenus in hoc regno vi-  
i, præter mancipia quædam, quæ  
elli Dux, nescio quis, inde secum  
dduxerat, postquam annos eo in  
egno plures resedisset. Porro si  
quis

quis externus clam in Sinarum  
gnum penetrarit, eum neque la-  
vitute, neque morte plectunt,  
reditum ei in patriam interdicu-  
ne forte apud suos res novas in-  
nensis regni perniciem moliat.  
Hinc severissimis poenis anima-  
vertunt in eos qui cum exter-  
absque Regis voluntate quicqua-  
commercii habent. Et si necessi-  
postulat aliquem extra regni fir-  
cum mandatis mitti, nemo fere  
qui adduci possit. Proficidente  
universa familia, quasi ad morte  
raptum, deplorat: redeuntem ver-  
Magistratus aliquo dignitatis in-  
nere in præmium afficit.

Arma nemo gestat in Vrbibus  
ne ipfi quidem milites aut rei mil-  
taris Duces ac Præfecti, nec etiam  
literati; nisi cum ad delectus, au-  
palæstras suas, aut in prælia pro-  
deunt: aliqui tamen nobiliore  
Magistratus cum armis comitan-  
tur. Sed neque domi suæ quisquam  
arm

a habet, nisi forte ferrugineam  
suam sicutam, qua nonnunquam  
cineribus utuntur contra latro-  
na. usque adeo armatos hotrent  
fugiunt. Inde nullæ apud eos  
ciones aut rixæ, nisi quæ unguïū  
pressione aut capillitii laceratio-  
dirimuntur. Nulla injurias plagi-  
i morte rependēdi libido est; sed  
alterū fugit, & ab injuria infe-  
da abstinet, is à prudentiæ for-  
titudinisque laude commendatur.  
Extincto Rege (ne factiones ex-  
stantur) nulli excepto regni hæ-  
re, alii filio aut propinquῳ Regis  
et in urbe regia cōmorari: quin-  
o capitale est, per varias urbes  
risis, pedem efferre. Ortæ inter  
os lites ab uno è nobilissimis in-  
ipsos dirimuntur; à quo etiam  
bernantur. Sed si quid eis negotii  
in alio, qui Regis propinquus  
sit, ortum fuerit, Magistratum  
blicorum tribunalibus & pœnis,  
quivis è plebe, subjiciuntur.

C A P.

## C A P. VII.

*De Sinarum ritibus nonnullis*

**A**ntiquum sibi Sinarum regem cognomen indidit ab urbanitate ritibusque prioribus: quem etiam urbanitas numeratur una quinque virtutibus, quae apud eum velut cardines ceterarum praecantur; quarum officia suis voluntatis minibus fuse commendant. Hujus virtutis munus esse aiunt in mutatione, & in negotiis pertransiens circumspetione. In vero urbanitatis ritibus ita mutantur, ut totum fere tempus in conterant, & qui plus aliquantum sapiunt, doleant, se non posse a hoc externo fucatoque splendor quo etiam Europaeos longo posse intervallo relinquunt, expeditum dire.

Dicam igitur primum, quo ritus salutationis officia venerationis significata mutuo exhibeant; deinde aliis.

s urbanitatis ritibus , maxime  
cubi à nostris discrepanter. Nihil  
ad Sinas urbanitatis , aut cultus  
poter, caput aperire; sed neq; motu  
dum, & longe minus amplexu,  
aut manus osculo, vel cuiuslibet al-  
terius rei, quam offerunt, venera-  
tionem profitentur. Maxime vul-  
garis inter eos urbanitatis ritus hoc  
modo peragitur. In superioris to-  
te manicas, quas gestant laxissi-  
as, collectæ manus (quod Sinæ  
ciunt, nisi quid operis tractent,  
ut flabello ventum concilient)  
mbaræ uniuntur, & una cum mani-  
s primum in altum modeste eri-  
untur, inde deprimuntur, altero  
ex adverso alterius consistente, &  
tanc syllabam geminante , zin,  
zin; cujus vocis significatio nulla  
est, nisi urbanitatis ritus; & urbani-  
tatis interjectio nostro more pos-  
set appellari.

Cum alter ab altero officiose  
visitatur, & etiam s̄a pe cum per vi-  
cos

cos amici amicis obvii sunt , man  
bus intra manicas, ut supra, uni  
totum corpus inflectentes , cap  
quantum licet ad solum usque  
mittunt ; quod venerationis o  
cium, ab utroque , vel etiam sin  
à pluribus eodem tempore exi  
betur. Hunc ipsi ritum Zoye v  
cant. In hoc exhibendo superia  
rem inferior gradu , vel visitante  
visitatus semper ad dextram loco  
(in Borealibus vero provinciis I  
va dextræ locum occupat ) sæpi  
numero etiam cum expleto ri  
hoc, in pedes eriguntur, vices pe  
mutant, & è sinistra in dextram,  
vicissim transeunt. Quod ideo fi  
ut qui honoratiore loco excepti  
fuit, honorem alteri rependat. Ho  
urbanitatis officium, cum per vi  
cos exhibetur, uterque, alter alter  
ad latus, ad Septemtrionem verti  
tur ; domi vero ad aulæ caput ei  
adverso januæ ; sed & tum fere a  
eandem cœli partem respiciunt

more enim est apud illos antiquo, palatia, fana, cæteraque ædificia bene constituta, aut saltem in vivatis ædibus aulas, excipiendis ospitibus deputatas, limen ad Austrum habere, & eos, qui ex adverso januæ confident, ad Austrum converti. Vnde quoniam hi ritus in prima aula juxta limen exhibentur, vultu ad aulæ caput converso, septemtrionem spectant.

Si quando majus aliquod venerationis officium placet exhibere, aut quia sese tum primum salutant, aut quia diutius abfuere, vel si alter alteri quippiam gratulatur, aut gradiens agit, sive cum solemnior aliuis dies incidit, aut alia qualibet causa; tum post exhibitam eam, supra commemorata est, inclinationem, uterq; in genua proculuitur, & frontem ad solum usque demittit. Tum in pedes erecti, terū inclinantur, & genuflectunt, et supra, idque tertio & quarto.

K Sed

Sed cum hic Superiori, parenti, M. <sup>DI RI</sup>  
gistro, aut alii Viro Principi <sup>inuenit horum</sup>  
**exhibitetur**, is ad aulæ caput stan <sup>admodum a</sup>  
aut etiam sedens, honorem excepit, & solum ad singulas alterius <sup>iam discipul</sup>  
clinationes ac genuflexiones, m <sup>magis doceat</sup>  
nibus unitis, ut supra, non nihil i <sup>invenit. C</sup>  
clinatur, eo ipso in loco, in quo se appellat, <sup>invenit.</sup>  
aut sedet. Et saepe qui modesti <sup>invenit. u</sup>  
hunc honorem excipit, non in a <sup>appellant</sup>  
læ capite ad Septemtrionem, f <sup>aut ut, v</sup>  
ad latus, ad Ortum scilicet, con <sup>enit. C</sup>  
stit. Hoc eodem cultu ipsi sua <sup>est, nolle</sup>  
mulacra, vel domi vel in templi <sup>uo nomine</sup>  
coram ara venerantur. Famuli v <sup>uo com fin</sup>  
ro cum heros suos, aut infima ple <sup>ari in</sup>  
honoratores, salutant, primo cu <sup>monem</sup>  
tu in genua proruunt, & ter fronte <sup>tha dep</sup>  
solum leviter quatunt, quem eu <sup>lar, uot</sup>  
dem saepe ritum simulacris suis e <sup>ter, pene</sup>  
hibent. Porro si cum iis heros co <sup>compellit</sup>  
loquatur, ad ejus latus adstant, <sup>eruio no</sup>  
ad singula responsa, in genua pro <sup>stodit per</sup>  
voluuntur. Id alii quoq; è vulgo fa <sup>amus. Ac</sup>  
ciunt, cum magnates conveniunt <sup>in libas</sup>

Præ

Præter hos, quos dixi ritus, non  
modum à nostris alienos, alios  
inter loquendum scribendumque  
surpant, in quibus à nobis non pa-  
tim discrepant; & inde etiam non  
mediocris hujus linguae difficultas  
excessit. Cum enim aliud alium  
compellat, nunquam secunda per-  
sona utuntur; sed sive præsentem  
compellent, sive de absente lo-  
uantur, variis utuntur loquendi  
formulis. Cum de seipsis loquun-  
tur, nulla ratione primæ personæ  
pronomine utilicet, nisi forte he-  
o, cum famulum alloquitur, aut  
alteri superiori, cum alio infimo  
hermonem miscenti. Tot vero se-  
ipsum deprimendi formulas ha-  
bent, quot alium extollendi: quas  
inter, pene modestissima, seipsum  
compellant, formula est; seipsum  
proprio nomine appellare, pro eo,  
quod nos pronomine Ego, uti so-  
lemus. Ac si forte de parentibus,  
fratribus, filiis, corpore etiam, ac

K 2 mem-

membbris, domo, patria, epistoliis  
ipsis etiam morbis alienis sermone  
incidit, nomine utuntur aliqui  
honoratiore: è contra si de iisden  
rebus propriis agant, illas voces  
adhibent, quæ modestiam sonant.  
Quas omnino loquendi formula  
necessæ est familiares sibi facere  
non ideo solum, ne inurbanus  
rusticus habeare, sed etiam, ut id, dicit  
quo agitur aut scribitur, assequari.

Cum se mutuo propinqui & fa  
miliares officii causa intervisunt, a  
rependum visitationis officium  
adstringunt visitatos. In his por  
visitationibus hæc fere ratio obser  
vatur. Qui visitat, ad ingressum  
libellum profert, in quo nihil aliud  
legitur, præter visitantis nomen  
cum modestis epithetis, pro ratio  
ne visitantis aut visitati: eum libel  
lum janitor ad herum defert. Por  
to si plures ab uno, vel unus à plu  
ribus visitatur, semper pro numero  
visitantium aut visitatorum sunt  
libelli.

libelli. Hi fere duodecim paginis è  
parta candida constant, & sesqui-  
alatum oblongi sunt; in prima  
cie media, è papyro rubea, ad  
uorum digitorum latitudinem  
agmentum affigitur libelli lon-  
titudine: & plerumque libellus hic  
partaceo sacculo, cum eodem ru-  
eo additamento in externa facie,  
includitur. In his tanta est varietas,  
et omnino necesse sit, domi viginti  
ere thecas paratas ad omnē usum  
abere, cum variis titulis; ita con-  
tinuus est eorum usus. Quin etiam  
ogimur Ianitori commendare, ut  
commentarium referat, hospi-  
tium nomina, ac domos eorum,  
qui visitaturi advenetunt; ne intra  
tertium diem, mutuæ visitationis  
fficium è memoria excidat: quem  
norem ab iis omnibus observari  
necessse est, qui frequentius vi-  
itantur. Porro quemadmodum,  
i qui visitantur, domo abfue-  
rint, aut ad excipiendos hospites

K 3 exire

150 NIC. TRIGAVT.

exire non potuerint, ii qui visitari libellum domi ad januam dependent, velut testem impensæ visitationis, ita cum eam rependunt sufficit ad januam hujusmodi libellum deponere: hac enim ratione ipsi sibi satisfactū arbitrantur. Qui honoratior est qui visitat, eo maiori charactere nomen suum per librarium adscribit, & aliquando accedit, ut latum digitum excedat, decem literis versum unum à libello summo ad infimum expleat. Eo enim, ut dixi, ratione Sinæ suds characteres exscribunt.

Cum sibi mutuo munuscula quæ sunt apud eos frequentissima, & non impari munere remunerantur, transmittunt, aut etiam deferrunt, eodem quoque libello utur; in quem præter proprium nomen, ut supra, referunt etiam se riem munerum, quæ transmittuntur, singula singulis versibus concinnantur, describentes. Munera quæ mittuntur

r, absque ulla inurbanitatis nota  
rtem rejici possunt, aut remitti,  
lla offerentis offensione; quod  
am fit, simili libello vel gratiæ re-  
runtur; vel munera modeste re-  
mittuntur, vel ea, quæ accepta sunt,  
scribuntur, aut series eorum, quæ  
penduntur, exprimitur; idque  
non sine varia rituum, quos lon-  
um esset commemorare, urba-  
nitate. Est etiam apud nos inso-  
lens, quod Sinæ solent, pecuniaria  
nunuscula conferre; nam aureos  
æpe decem, alias quinque, non  
nunquam etiam pauciores, supe-  
riores inferioribus, & contra, trans-  
mittunt.

Qui Magistratum aliquem ge-  
runt, aut literariis gradibus hono-  
rum sunt insignes, quoties hæc visi-  
tationum officia peragunt, pecu-  
liari muneric sui habitu induuntur,  
qui à quotidiano differt non pa-  
rum. Qui his honorum titulis ca-  
rent, & sunt nihilominus viri gra-

ves, proprium etiam habent ad  
sitationes indumentum, illudque  
quotidiano diversum, nec sine  
terius offensione aliter fieri potest.  
Ea causa nos ipsi quoque, ne pri  
miorum virorum congressibus  
arceamur, eo ipso cultu, cum op  
est, induimur. Quod si forte alt  
in alterum casu incidat, qui hoc u  
banitatis (ut vocant) habitu  
nime sit indutus, nullo modo salu  
tationum officia solitis ritibus ex  
hibent, donec alter eodem cultu  
induatur; atque ita quoties in pub  
licum prodeunt, famulorum ma  
nibus urbanitatis toga gestatur  
quod si id fieri non potuerit, tum  
qui hoc visitationum paludamen  
tum induerat, eo exuitur, & in  
quotidiana veste salutatorios ritu  
explent, quos supra commemora  
vimus.

Si plures fuerint qui domi visi  
tantur, inter eos primarius hospitis  
sedem, aut sedes singulas utraque  
manu

anu accipit, & suo loco statuit in  
noratissimo aulæ situ, inde pro-  
is manibus eas excutit, tametsi  
llus sit in eo pulvifculus. Etsi se-  
s jam in suo fint ordine colloca-  
, singulas tamen ambabus mani-  
is contingere, & velut aptius col-  
care mos est, id deinde singuli,  
ui visitantur, etiam præstant in  
andem plane modum. Tum inter  
ospites, si plures fuerint, honora-  
or, ejus, quem visitat, sedem eo-  
dem modo accipit, & ex adverso  
dis suę illam locat, & eodem mo-  
no pulverem aut excutit, aut ex-  
guntur se fingit. Idem deinde cæ-  
sti faciunt, si plures fuerint, ætatis  
erdine, vel dignitatis. Quod dum  
is cui hoc officium exhibetur, ad  
tus adstat, manibus intra manicas  
ceptis, & leviter elevatis, ac de-  
ressis, gratias agit, & exhibitum  
onorem modeste recusat.

Hospites inter se multum tem-  
oris terunt, circa proëdriam seu

K 5      prin-

principem honoris sedem: sed I  
tandem legibus statur. Intet eo  
qui sunt sibi mutuo cives, ætatis r  
tio habetur. In utraque aula dig  
tas potior est. Externi, maxim  
qui è locis remotioribus adveniunt, sed  
primum locum tenent. Unde fit,  
in omni fere congressu nostris pr  
ima sedes hoc titulo assignetur; ne  
tergiversari, aut modeste recusa  
quicquam contra receptam con  
suetudinem nobis prodest.

Postquam cuncti consedēre  
mox è domesticis famulis unus  
isque politior, & talari indutus pro  
dit, manibus elegante in gestare  
tabulam, in qua tot sunt scutella  
quot hospites. In iis scutellis est i  
la potio *Cia*, de qua supra, c  
semper aliquod mensarum secur  
darum aut belliorum frustulū  
immiscetur, cui sumendo argen  
teum cochlear exiguum adjung  
tur. Famulus ab honoratiore in  
itium sumens, suam cuique scute  
lat.

inporrigit ad herum usq;, quem  
i qui visitant: nam is semper in  
imo loco sedet. Si diutius conse-  
rint, famulus in eundem mo-  
m iterum ac tertio & saepius et-  
n redit, sed illud belliorum  
istulum toties variatur, quoties  
ditur.

Hospites, finito congressu, an-  
quam ex aula egrediantur, juxta  
nen, ut initio, ritu suo inclinatio-  
es repetunt: tum eos herus ad us-  
que domus limen insequitur, ubi  
erum inclinantur. Tum rogat  
ospites herus, uti vel equum, vel  
estatoriam sellam, qua venerant,  
onscendere velint, quod ii facere  
ecusant, & herum domus rogant,  
tis se in domum recipiat: tum ille  
d limen versus, iterum inclinatur,  
hospiates simili ritu honorem re-  
pondunt. Denique jam limen in-  
gressus, tertio inclinatur, hospites  
que eodem ritu respondent. Tum  
herus domus in limine se hospitum  
oculis

156 NIC. TRIGAVT.

oculis subtrahens, moram iis con-  
cedit equitandi, aut in sella con-  
dendi; & repente egrediens abeu-  
tes salutat, hanc vocem *zin* usu  
pans, & ambas intra vestem manu-  
elevans, ac deprimens: quod hospi-  
tes ipsi ad amissim imitantur,  
abire pergunt. Denique herus do-  
mus famulum mittit, qui abeu-  
tium assequatur vestigia, & suo ne-  
mine salutet. Idem ipsi hospites fe-  
ciunt, & per famulos suos resalutu-  
tant.

Nunc de Sinarum conviviis a  
gam, in quibus non minus sunt o-  
ficiosi, quam frequentes, non pauc  
etiam fere quotidiani. Omnia e  
nim prope sua negotia, non illa sc  
lum, quæ ad humanæ vitæ ratio  
nem, sed quæ ad Religionem et  
iam spectant, epulantes tractant  
& inter eximia benevolentię argu  
menta ponunt convivia. Quæ al  
ipsis non commessationes, sed  
Græcorum more, compotationes

nol

in immerito vocantur : licet e-  
orum scyphi ac pateræ non  
vini, quam nucis putamen, ca-  
nt, frequentissime tamen hau-  
is iterant.

Inter vescendum nec fuscinulas  
hibent, nec cochlearia, nec cul-  
s; sed bacillis utuntur teretibus,  
quipalmum longis, quibus mira-  
xteritate quodlibet edulii ge-  
s ori admovent, digitis omni-  
nihil contrectantes : sciendum  
nen , omnia in mensas inferri  
statim discissa, nisi si quid fue-  
natura mollius, ut ova, pisces,  
paque hujusmodi, hæc enim ipsis  
cillis dividuntur. Potu utuntur  
ruenti , etiam in summo æstu ;  
e ille vinum fit , sive decoctio  
s , sive aqua. Et sane videtur  
stomacho prodesse non parum,  
& Sinæ fere diuturnioris sunt  
, & ad annum septuagesimum,  
sæpe octogesimum viribus non  
modum destituuntur. Hinc  
quo-

158 NIC. TRIGAVT.

quoque evenire arbitror, quod  
narum nemo calculari morbo  
boret, qui nostros Europæos sa-  
torquet, ex eo credo, quod per  
tuo frigidam potent.

Cum quispiam ad solempne ep-  
lum invitatur, pridie, vel eti-  
pluribus diebus ante convivii die-  
is, qui alterum invitat, libellu-  
mittit ex iis, quos supra descrip-  
mus. In eo, præter invitantis au-  
men, ut supra, solempni formâ  
paucis verbis comprehensa, eis  
ganter & urbane ait, qui evocat,  
nue se ex oleribus apparasse co-  
vivium, & scyphos suos eluisse,  
dicto die, & hora (quæ fere sub  
item est) doctrinam ejus, quem i-  
vitat, audiat, & ab eo aliquid dis-  
indet, inde roget, ut ne hoc se favore d-  
dignetur. In externa facie libe-  
rum è rubea charta affigunt, ut si-  
pra, in eo honoratius invitati  
men (nam Sinæ pluribus nomin-

b

als singuli compellantur, ut infra) am variis pro ejus ; qui vocatur , ignitate titulis. Hic singulos in mandi mos est. Ipso die convivii nilem libellum matutinis horis mittunt ad singulos ; sed in eo so m rogantur, uti festinent, & præ tuto tempore adesse ne graven r. Sub horam denique convivii artium mittunt , quem ideo se ittere aiunt , ut venientes ex iti re excipiat.

Cum in convivii domum veni m est , solitis salutationum ritus, ut supra, expletis, in prima au consident, & suum illud *Cia* bi unt: inde ad convivii locum itur. olet is splendide adornari , non eristromatis , quorum apud eos nullus est usus , sed picturis , flori us, vasis, & hujusmodi antiqua su ellestile. Singulis sua mensa assi natur cubitos aliquot longa lata que, sed fere longior ; nonnunquā tam uni duæ mensæ assignantur, altera

altera ante alterā. hæ pretioso a cimbind  
quo panno dependente sternu  
tur. Ipsæ quoq; sedes suo bitumi  
non splendent solum , sed etia  
variis picturis & auro condecora  
tur. Ante accubationem conviv  
tor unā è pateris ex auro, argente  
marmore suo, vel consimili mat  
ria elaboratam, vino plenam in si  
disco utraq; manu tenet , & euri  
qui principem locū est habituri  
inclinatione profunda salutat. In  
ex aula in atrium egreditur ; & i  
clinatione prius exhibita, hanc vi  
pateram, vultu ad Austrū convers  
cœli Domino offerens , in solū e  
fundit ; & inclinatione repetita,  
aulā redit, aliamque pateram acc  
piens, eundem illum convivii Princ  
ipem, una inclinatione salutat, e  
in loco , in quo hi ritus exhibe  
solent. tum simul ad mensam i  
aulę medio sitam accedunt. In me  
dio latere , quo mensa longior es  
pateram in suo disco utraq; man  
vene

DE REG. CHINÆ. 161

enerabundus locat. tum bacillos  
convivales à famulo accipit, & ad  
alteræ latus ponit. ii bacilli ex  
eno fere, vel ebore constant, a-  
mive materia duriore; & ea saltem  
arte, qua fercula tanguntur, argē-  
aurove celeri solent. Inde sedem  
cipit, & in media mensa locat,  
anicis, ut supra, leviter everrens.  
in medium aulā regressi simul  
duo inclinantur. Eodem ritu  
convivator singulos deinde hospi-  
tios cohonestat: eum qui secundum  
occupat, ad sinistrum latus,  
i tertium, ad dexterum statui-  
os est. Ad extremum, qui prin-  
cipem locum occupabit, à dome-  
no famulo, invitatoris pateram  
suo disco accipit, & vinum in-  
di jubet, & una cum reliquis  
ospitibus, & convivatore, suo ri-  
inclinatur, pateramque in ejus  
mensa in disco locat. Convivato-  
rū autem mensa in inferiore aulæ  
sorte ita statuitur, ut Austrum, &

L aulæ

aulæ januam, ubi confederit, à te-  
go habeat, à fronte vero prim-  
riam mensam. Deinde bacillos se-  
demque disponit eo ritu, quem si  
invitator exhibuit. Denique si  
guli ad pateram, bacillos, sedem-  
que denuo, velut aptius utraq[ue]  
manu statuendam, accedunt. qu[od]  
omnia dum fiunt, is cui honor-  
rius ille ritus exhibetur, exhiben-  
ad latus adstat, & manibus int-  
manicas receptis, leviterque co-  
cussis, honorem eum deprecatu-  
& modeste inclinatus, gratias ag-

Quoniam nihil edulii Sinæ m-  
nu tangunt, ideo nec sub initium  
nec sub convivii finem, manus l-  
vant. Expletis his ritibus, simul  
mnes postremam invitatori inci-  
nationem exhibent, & alteram hi-  
spites inter se, tum ad mensam su-  
quisque loco assidet. Quoties b-  
bitur, invitator pateram in dis-  
utraque manu capit, & eam levit  
erigens, ac mox deprimens, re-

qu

hos ad bibendum invitat; eodem  
tempore singuli ad invitatorem  
conversi, idem faciunt, & simul  
mnes bibere incipiunt, quod sor-  
bendo ita lente faciunt, ut ad ex-  
tasiuriendam pateram nō raro qua-  
trum quinqueve eam oriadmoveāt.  
num potandi ritum, sorbendo vi-  
gilicet, semper observant, etiam si  
uam biberint; & nihil unquam  
continuatis haustibus more nostro  
hauriunt.

Prima patera exhausta, paulatim  
arcula inferuntur. E quibus simul  
mnes (praeunte suo ritu invita-  
re, bacillis utraque manu acce-  
s, iisdemq; erectis depressoisque)  
noties unum attingunt, unum al-  
rumve ex eo frustulum carpunt,  
ori admovent. In quo id obser-  
tur studiose, ne quis prius in men-  
bacillos reponat, quam is, qui  
imum in convivio locum obti-  
bit, id fecerit, quod ubi fecit, mox  
minstri in singulorum pateram vi-

L 2 num

num calidum infundunt, facto i  
tio à convivii Principe. tum eode  
ritu iterum, ac deinde sæpius ed  
etur ac bibitur, sed in bibendo pl  
temporis, quam in edendo con  
mitur. Toto porro convivii temp  
re vel de rebus lætioribus serm  
ingeritur, vel comœdia spe  
aut cantor aliquis musicive instr  
menti pulsator auditur; nam hi  
pe etiam non vocati se convivio i  
gerunt, spe præmii, quod iis perso  
ni solet, evocati.

Omnibus iis vescuntur, quæ  
pud nostrates in fercula adhibe  
tur, nec ea male condunt: sed  
singulis ferculis parum infertur.  
varietate statuunt convivii ma  
statem, mensas enim opplent di  
mediocribus, & aliis exiguis:  
pisces, ut nos, à carnibus separa  
sed sine discrimine permisce  
nullum porro ferculum semel  
positum toto conyvio tollitur;  
que mensas non opplent mó

ed discos aliis alios ita superponunt, ut castellorum speciem reperant. Panis nullus in convivales nensis infertur, sed neque oriza, uæ apud Sinas in panis nostri vicem succedit, nisi forte in quibusdam epulis minus solemnibus subnensam extremam, si porro inferatur oriza, prius à vino abstinetur; neque enim vinum ab Sinis bibitur, etiam in quotidiana refectio-ne, ante orizæ sumptionem. Varios etiam in convivia ludos ingerunt, in quibus qui perdidit, potare compellitur, magno cæterorum applausu festisque clamoribus.

Sub finem convivii, pateras permutant. quæ etsi singulis æquales apponantur, nunquam tamen ad bibendum supra vires quisquam compellitur, sed amice tantum invitatur. Sinense vinum ad instar cerevisiæ nostratis decoquitur, nec admodum fumosum est; ebrios tamen reddit strenuos pota-

L 3 tores;

tores ; sed levius fertur die inse-  
quenti. In edendo sunt omnino  
moderationes, & saepe accidit, q-  
uis ab urbe discessurus , uno di-  
septem vel octo conviviis intersi-  
ut amicis omnibus satisfaciat : hu-  
jusmodi vero non sunt è celebri-  
ribus; hæc enim totam noctem ab-  
sumunt, & in auroram insequen-  
tem protrahuntur, ferculorum de-  
nique reliquiae inter hospitum fa-  
mulos liberaliter dividuntur.

Quod ad cæteros ritus attinet  
ii mihi nunc videntur esse præci-  
pui , qui circa Regum veneratio-  
nem versantur. Rex pluribus exter-  
nis officiis colitur, quam aliis qui  
vis in universo terrarum orbe Prin-  
ceps, sive is profanus, sive sacer fue-  
rit. Hunc nemo alloquitur, præter  
Eunuchos illos, qui in palatii pene-  
tralibus famulantur , Regiosque  
propinquos, qui intra ejusdem pa-  
latii fines commorantur , quales  
sunt filii ac filiae. Omissio porro cul-  
tu

i omni , qui Regi ab Eunuchis  
ræstatur , velut minus necessario  
d institutum, omnes omnino ex-  
tra palatium Magistratus (nam in-  
ter Eunuchos sunt etiam sui ordi-  
nes & officiorum gradus ) Regem  
onnisi libellis supplicibus conve-  
niunt : sed hi libelli tot veneratio-  
is formulas continent, ut non nisi  
ex exercitatis componi possint ,  
ec eos quilibet literatus sciat con-  
tinare.

Anno quolibet ineunte (cujus  
nitum est novilunium illud, quod  
recedit aut sequitur proxime No-  
nas Februarias, unde Sinæ Veris in-  
tium sumunt ) è singulis mittitur  
Provinciis legatus ad Regem offi-  
ciose visitandum. quod idem so-  
lemnius præstatur in modum cli-  
entelaris obsequii tertio quoque  
anno, ut supra commemoravi. Por-  
o singulis in urbibus primo quo-  
que Lunæ renascentis die , Magi-  
stratus omnes, in urbe sua quisque,

L 4              in

in unum locum conveniunt, in quod Regius est thronus, regiaque insignia, cælati dracones, & inauratum aliis ad elegantiam cælaturi coram eo saepius inclinantur, & genua incuruant gentis ritu, & peculiari quadam compositione corporis, ad modestiam venerationem que aptissima: quo tempore Regis aegritute annorum decem millia succubant. Idem quoque cultus ubique Regi exhibetur eo die, qui primum eum nascentem vidit, in singulorum annos redeunte, quo die Pequinenses Magistratus, & alii à provinciis legati, nec non Regii propinqui variis titulis insignes extra curiam eo adveniunt, Regi vitam gratulaturi, & gratulationem gravissimis muneribus testaturi.

Præter hos, quotquot à Regis nominati Magistratum ineunt, auctoritate longam alio aliquo munere donantur, per leges ire jubentur, quod ante priorem lucem fit, ad Regium tribunal.

l, gratiam habituri. Ibique præ-  
sentibus ac monentibus rituum  
affectis, officia regio solio (Rex  
tunc non comparet) exhibi-  
gent accurate; nec impune à quo-  
dam vel leviter erratur. Quod  
faciunt peculiari cultu è pur-  
pureo panno damasceno, & tiaris  
capite argenteis, sed inauratis in-  
gniuntur. Utraque vero manu e-  
burneam tabulam quatuor digitos  
tam, palmos duos longam ge-  
sigant, ea os tegunt, quoties qui-  
am coram Rege proloquuntur.  
Rex porro, cum olim in tribu-  
al prodibat, è loco superiore ad  
gentem fenestram comparebat,  
manu eburneam quoque tabu-  
lam gestabat, ad vultum contegen-  
tum, nec non & aliam in capite ta-  
bulam medio cubito latam, inte-  
tro longam, supra regium dia-  
ema frontemque, è qua tabula  
pilli complures magnique pre-  
ii ita in fila inducti dependent,

L s ut

ut frontem ex omni parte ac frontem prop-  
ciem tegant, & intuentium oculis hab-  
etiam præsentem subducant. Cuius regis  
lorum regius cæterisque interdictum  
flavus est, è quo vestis ejus contexta  
est variis ex aureo filo draconibus.  
Nec in veste solum regia dracones  
sed in palatio universo, vasisq[ue] ad cen-  
aureis & argenteis, & reliqua superius  
lectile, vel cælati, vel depicti visu  
tur; quin ipsa etiam tecta & regu-  
flavum colorem, & dracones sp[iritus] q[ui]que  
stantos exhibent; quod ansam fo-  
tasse præbuit aliquibus afferendis.  
palatii regii tegulas esse aureas atra palati-  
reasve: at revera fictiles sunt, ut e[st] in  
meis manibus attrectavi, sed flavae  
colore imbutæ, & singulæ singu-  
clavis, trabalibus fere, in tec-  
ipso defixa; sunt enim nostratib[us]  
haud paulo majores: quorum cl-  
vorum caput est inauratum; n-  
quid appareat in regio palatii  
quod regium colorem non præfer-  
rat. Si quis eum colorem, aut drac-  
conem

nes in proprios usus adhiberet,  
duellis haberetur; nisi forte re-  
tullo esset sanguine prognatus.

Palatii regii portæ sunt quatuor  
totidem mundi partes ex adver-  
distributæ. quotquot ex itinere  
portas prætergrediuntur, ex  
eius descendunt, si equitent; aut è  
cavali, si ea gestentur; ac pedites in-  
dunt, donec eas fuerint præter-  
cessi. id omnes faciunt, sed maxi-  
mum quisque accuratius, & è loco  
notiore: & non Pequini solum,  
in Nanquinensi prisorum Re-  
gnum palatio religiosius, tametsi  
plures annos nullus Regum in  
recepte receperit. Portæ ad Austrū,  
que externæ, sive internæ sunt tri-  
anæces, media regem ingredi vel  
redi sollempne est; reliqui dextra  
aque admittuntur: ideo media  
janua nunquam, nisi egressuro  
ingressuro Rege, patet.

Nulla est apud Sinas alia tempo-  
n nota, sive in libris, qui lucem  
aspici-

aspiciunt, sive in aliis quibuslibet publicis instrumentis, nisi quæ eius, qui regnat, inauguratione conductur, sicut apud nos ab humano salutis initio Christo nascente finis solemne est. Nonnunquam certe ex causis solet primiorum Magistratum parentibus Rex titulum conferre scriptione quadam, Regis nomine à Regiis Philosophi facta. eam rem Sinæ tanti faciunt. Quicquid stupori sit, nam & ad impetrandum nulli sumptui parcunt, & rem sacram, in familia conservant. Nec minori sunt in pretio alii nonnulli tituli duobus tribusve characteribus expressi, quos viduis Regis confert, quæ secundas nuptias senectam usque renuerunt, aut nibus, qui seculum integrum tam protraxerunt, & aliis in casibus hujusmodi. Has inscriptiones supra limen exponunt. Nec id solum Reges solent, sed etiam Notarii registratus ipsos amicis præstare

Ipsis quoque Magistratibus de  
republica benemeritis publico  
sumptu arcus è marmore erigun-  
r, quales apud nos assolet in tri-  
umphis. Idem exhibent urbes civi-  
tatis, qui insignem aliquam di-  
nitatem, aut in literariis exa-  
minibus primas obtinuerit, aut  
in eventis hujusmodi magno appa-  
ritu.

Quicquid pretiosum aut affabre  
etum in universo regno habetur,  
gotannis ad Regem transmitti-  
r Pequinum magno sumptu &  
opia. Magistratus item, qui in re-  
a commorantur urbe, minore in  
publicum prodeunt apparatu. nam  
exceptis primatibus, cæteris equo,  
non sella gestatoria vehi licet. qui-  
us autem sella per leges licet, ba-  
lorum numerus ad quatuor re-  
ringitur. Extra curias haud paulo  
inferiorum Magistratum ordines  
majore in provinciis apparatu pro-  
ire permittuntur. Eam Sinæ mo-  
destiam

destiam in regia veneratione rep  
ponunt, & viciniori majorem c  
ferendam arbitrantur. Quater a  
nis singulis, sub quatuor anni te  
pestates, Curiales omnes Magist  
tus ad prisorum Regum & Reg  
narum sepulchra conveniunt,  
suos ritus ac donaria deferunt:  
primarius Humvuo regni recuper  
ratori honor defertur. Ad hunc  
tum se aliquot diebus prius con  
parant, indicto justitio jejuniis,  
intra domesticos parietes religios  
observant.

Secundum Regem proxima  
nerationis officia suis Magistris  
bus impendunt. Id maxime pr  
dunt solitis loquendi formulis,  
officiosis visitationibus; ad quae  
non admittuntur, nec aspirant,  
qui aliquod in Republica mun  
gerunt, aut alibi gessere, ii enim  
patriam reversi, et si propria cul  
officiis excidere, solemni tam  
sæpe Magistratum cultu insigni  
pro

odeunt: & urbani eos Magistra-  
colunt, visitationumque officia  
pendunt; & eorum intuitu multa  
cedunt, præsertim qui primos  
literariis gradibus, publicisque  
ktionibus honores habuere.

Si qui Magistratus egregie suo  
functi munere, deque Repub-  
pone meriti, ad aliud munus eve-  
ntur, aut alia qualibet ex causa  
urbe discedunt, magnis publice  
mneribus afficiuntur, ocreasque  
Magistratus insigne, ad per-  
tuum beneficii monumentum  
gati relinquunt, quæ publico  
inclusæ, una cum variis in-  
laudem versibus ac scriptioni-  
s asseruantur. Aliis, qui sunt in-  
niores, loco aliquo publico,  
armor erigunt, in quo eorum in-  
publica merita eleganti scri-  
tione insculpta, ad posteritatis  
memoriam perseverant. Nec de-  
nt, quibus templo magno publi-  
sumptu extruantur; arisque sta-  
tuæ

tuæ imponantur, ad eorum imaginem, quantum industria fert artificis, accedentes. tum census annuus, & certi homines deputantur qui perpetuos odores, & semper viventes lucernas accendant. Ea ad rem ingentia ex æte campanthuribula statuuntur, ad eundem ritum, quo ipsi sua idola venerantur. Sed hunc tamen cultum à Nominis latrìa norunt separare: nam à Diis multa petunt, his urbanum etiam tantum ritus in beneficiorum moriam periti exhibent. nihil men dubium, quin è vulgo plurimi cultum utrumque permisceant. Nam sique hæc templa (quorum plenæ sunt in omnibus urbibus, quæque sæpe amicorum studio indignis etiam eriguntur) certis temporibus itur, inclinations & genuflexiones exhibentur, edulia offeruntur, aliaque hanc jussmodi peraguntur.

Omnes Sinarum libri, qui moribus agunt, toti sunt in exercitando

andis filiis ad parentum obser-  
vantiam , majorumque veneratio-  
nem. Et sane si externam illam pie-  
atis faciem intueamur, nulla gens  
veneranda toto terrarum orbe cum Sinis  
comparari potest , quod aliquibus  
indiciis comprobabo. Solem nem  
assidendo majoribus ritum ob-  
servant, ut nulla ratione in æquali si-  
& longe minus ex adverso con-  
stant, sed ad latus alterum ; quem  
etiam discipuli cum Magi-  
aris observant. Magna etiam ve-  
ratione cum iis colloquuntur,  
ui tenuioris fortunæ sunt, ad obi-  
um usque eos , etiam sudore suo ,  
quantum licet , laute copioseque-  
unt. Sed in nullo sunt religiosio-  
s, quam dum iis parentant, tam  
lugubri veste induenda (in qua  
siam à cæteris nationibus discre-  
ant) quam in feretro quoque ac  
arcophago è materia pretiosiore  
concinnando: in apparatu sepultu-  
; quem verius pomparam dixeris,

M pro

pro facultatibus fortunisque , &  
sæpe supra vires assurgunt.

Lugubris Sinatum vestis non  
pulla, sed candida est. In luctu pa-  
rentum filii cannabina veste asper-  
rima induuntur, primis saltem mē-  
sibus ; & ipsa forma talaris tunicæ  
pilei, calceorum satis absonta , pri-  
moque aspectu miserabilis : funer-  
quoque prope nautico renes cin-  
gunt, ad eum modum , quo Patre  
é D. Francisci familia solent. Invio-  
labili consuetudine receptum est que ita  
ut luctus patris aut matris in trien-  
nium protrahatur. Cujus rei cau-  
sam in suis libris reddunt hanc , ut  
suis parentibus , qui primo ætate  
triennio eos ulnis gestaverunt, tam  
toque labore educarunt, vicem re-  
pendant. In cæterorum propin-  
quorum luctu contractior est lu-  
gendi mora , prout quisque vice  
nior, aut remotior sanguine cuique  
fuerit : alias enim annuo spacio  
alios trimestri terminatur.

In Regis, aut Reginæ, quæ qui-  
em legitima est, funere legitimi-  
num lugendi tempus etiam est  
siennæ, quaquaversum patent re-  
gini fines. Sed nunc regia indul-  
gentia, quæ publico edicto inno-  
escit, pro mensibus dies compu-  
tantur, atque ita mensem unum,  
regnū universum, mœrorem de-  
legis morte conceptum, lugubri  
ultu profitetur. Funebres Sinarum  
tus justo volumine continentur,  
que ita, cum aliquis è familia  
iem suum obit, superstites, ad  
uos funus spectat, eum librum  
onsulunt, ut ad rituum præscri-  
tum funebris pompa procuretur.  
o in volumine non solum præ-  
ribuntur, sed etiam spectandæ  
coponuntur, vestes, pilei, calcei,  
tonæ, cæterique ritus universi.

Cum vir aliquis primarius vivere  
lesinit, demortui filius, aut sanguine  
proximus, cæteros propinquos,  
familiares libello admonet, mœ-

M 2      sta

180 N I C. T R I G A V T.  
sta verborum sollemnium formul  
concepto , idq; infra tertium quar  
tumve ab obitu diem. quo tempo  
re sarcophagum fabricant , & euc  
cadaver includunt: tum aulam can  
dido panno , vel storeis insternun  
ac vestiunt , in cuius medio arant  
extruunt , in ara sarcophagum lo  
cant, & demortui effigiem. Ad eam  
aulam intra præstitutos dies , quo  
apud viros primarios quatuor qui  
queve esse mos est, propinqui om  
nes amicique conveniunt, ipsi quo  
que funebri veste induti : alius potius velle  
alium qualibet hora diei ventitant  
& in ara odores , binosque cereos  
defuncto locant : qui ubi arde  
cœperint , quaternis inclinationi  
bus ac genuflexionibus , de quibus  
supra fuse , demortuum cohone  
stant : sed primum thuris tantillum  
in thuribulo ignito componunt  
regione sarcophagi imaginisqu  
propositæ. Interim dum hi ritus ex  
hibentur , defuncti filius unus , au  
piu

ures, ad latus adstant in funebri  
candidati, modeste quidem,  
flebiliter lamentantes. Post  
cophagum omnis mulierum  
domesticarum turba, & ipsæ quo-  
culturæ cultu lugubri, sed cortina te-  
gente, inconditè plangunt & ejulant.  
Ille mense quoque est, & ab idolo-  
m sacrificulis in morem indu-  
cum, papyrus in certum modum  
concinnatam, imo etiam sericos  
annos albi coloris exurere: quod  
sciunt, arbitrantes, se vita fun-  
is vestem ministrare, in bene-  
volentiae observantiaque testimo-  
num.

Non raro filii parentum cada-  
ra, feretro inclusa, ad tres qua-  
norve annos domi asservant: suo  
mim illo pellucido bitumine ita  
mas illiountr, ut minime factorem  
transmittant. Quo tempore in sin-  
culos dies cibum illis, potumq; of-  
erunt, non secus ac si superessent:  
ec filii eo tempore in sedilibus

M 3 soli-

solitis, sed in humili scabello con-  
fident, eoque veste alba coniecto.  
Somnum in lecticis minime ca-  
piunt, sed in stramineis culcitr  
supra nudam humum collocatis  
juxta cadaveris sarcophagnm: car-  
ne vesci nefas aliove edulio ben-  
condito; vino minime utuntur, ne  
balneis, quin etiam ab uxori  
consuetudine abstinent. Convivi-  
interesse non licet, nec intra cer-  
tos menses in publicum egred.  
Quod dum faciunt, sellam gesta-  
toriam lugubri etiam panno invi-  
luunt, aliaque multa faciunt, quae  
persequi longum esset. Ex ea ta-  
men, quam diximus, austeriorat  
semper aliquid remittunt, prout a  
triennium tempora pronius defe-  
runtur.

Quo die funus effertur, proquiri  
qui & amici alio libello invitati  
denuo conveniunt, omnes in fune-  
bri veste candidati, ad funebrem  
pompā cohonestandam. Ea in sup-  
plican-

licantium morem instituit. Væ statuæ virorum ac mulierum, elephantum, tigrium, ac leonum, capyraceæ omnes, sed versicolores et inauratae præeunt, quæ omnes oram tumulo deinde incenduntur. Funus etiam comitantur longa serie idolorum ministelli, & profanarum precum recitatores: vi varios ritus ex itinere peragunt, & tympana, fistulas, cymbala, tintinnabula, & alia musica instrumenta pulsant. Ingentia etiam exere campano thuribula bajulorum numeris gestata præeunt. Deinde exercitum sequitur magna pompa ornatum; nam sub ingenti cono et varie cælato, & byssinis panis insigni à quadraginta, & saepius inquinquaginta vespillonibus effervetur. Illud sequuntur filii, pedibus precedentes, sed innixi baculo, venient jam præ luctu fatigati. Deinde mulieres, intra candidam cortinam festatoriam ita inclusæ, ut spectari

M 4 non

non possint. Aliæ quoque muliere  
sanguine remotiores sellis gestan-  
tur funebris. Tumulos porro o-  
mnes necesse est esse suburbanos.

Si filios abesse domo contigerit  
sub parentum obitum, in eorum  
adventum tota lugubris pompa  
differtur. Porro cum de parenti  
obitu certior factus est filius, si vi  
fuerit primarius, eo ipso in loco, in  
quo eum tum adesse contigerit, pa-  
renti cœnotaphium excitat, & a  
micorum complorations excipit.  
Deinde in patriam primo quoque  
tempore revertitur, & eosdem ri-  
tus denuo instaurat, eo quem supra  
commemoravimus ordine. Rever-  
ti autem etiam per leges cogitu-  
filius, quantumuis magnam gerat  
in Republica dignitatem, etiam  
Præsidum tribunalium, quos supr  
*Ciamsciu* vocari diximus, imo et  
iam Colaorum, domiq; triennen-  
tium explere, nec ante ad prio-  
rem Magistratum admittuntur. Sec  
id de

de solo parentum luctu, non cæ-  
torum propinquorum velim in-  
ligi. Ab hac porro lege, etiam in  
rentum funere, Magistratus mi-  
tates excipiuntur.

Si aliquem extra patriam extin-  
ti contigerit, is cui funus curan-  
dum incumbit, nullum non lapi-  
sum movet, nec ulli sumptui par-  
tus, ad cadaver in patriam remit-  
endum, aut revehendum; quo in-  
ditum tumulum inferatur. Eum  
mulum familia quælibet pecu-  
nerem habet, in aliquo colle fere-  
bano cum ingentibus è mar-  
more sepulcris, & variis ex adverso-  
tuis animantium, & hominum.  
mitaphia quoque marmorea, sane  
magnifica, eriguntur: in iis elegan-  
tissimis propinquoi conveniunt, die-  
is ad eam rem deputatis. Ibi ritus  
exhibit, suffitus accendunt,

M 5      dona-

donaria explicant, & epulum fune  
bre instituunt, pro regionis con-  
suetudine, jam ab omnibus sæcul  
recepta.

Non paucis etiam ritibus con-  
nubia contrahuntur atque sponsa-  
lia. Utraque in teneris annis per-  
guntur; nec sponsum à sponsa ve-  
lunt ætate admodum discrepare.  
Contractus hos parentes utrimqu  
componunt, nec ad eos filiorum  
consensum exigunt: quos tamen f  
lli aut filiæ nunquam non admi-  
tunt. Primates omnes cum prima-  
tibus connubia miscent, & fam-  
iliarum paritatem exigunt, in leg-  
tima conjugé eligenda. Quod a  
cæteras pellices spectat, quas qui-  
que habet pro arbitratu, formæ ve-  
nustate præferuntur, nec gener-  
nobilitatem aut fortunas atter-  
dunt: nam hæ fere pretio centu-  
aureorum, & sæpe longe inferior  
comparantur. Plebei ac tenu-  
uxorem sibi pretio quærunt,

quo

cioties volunt, eam vendunt. Rex  
pero, Regisque proles in connu-  
is posthabita sanguinis nobilita-  
s), solam corporis venustatem spe-  
rat. Sed nec primates ad hæc aspi-  
nt connubia : tum quod Regiæ  
conjuges & parum possunt, & in-  
clusæ palatio, suorum conspectui  
internum eripiuntur ; tum etiam  
quod delectu à connubialibus Ma-  
nistratibus habito, è multis paucæ  
Regias nuptias evehuntur. Uxor  
gis una primaria est, quæ sola le-  
gitima dici potest : præter hanc  
sex, & Regni hæres alias novem  
aulo inferiores dicit, ac deinde  
ias triginta sex, quæ omnes con-  
gali titulo gaudent. His accedunt  
iæ numero majore pellices, quæ  
Reginæ, neque conjuges ap-  
pellantur. Eas inter, quæ filios pa-  
cunt, gratiostiores evadunt, & ma-  
ritime parens primogeniti, qui re-  
gni successor appellatur. Id non  
pud Regem solum, Regiamque  
fami-

familiam familiare, sed apud rel  
quos toto regno.

Primaria illa conjunx, sola met  
sæ cum marito assidet, reliquæ c  
innes (maxime extra Regios pro  
pinquos) ancillæ sunt patrisfam  
lias, & legitimæ conjugis pediss  
quæ, quibus in alterutrius præser  
tia stare, non sedere permittit  
Earum filii non suam parentem  
sed primariam uxorem matrem  
suam vocant, & eam solam cur  
extinguitur; triennio lugent, eju  
que funus, non propriæ genitrici  
curaturi, officiis sese abdicant.

In omnibus religiosissime obse  
vatur, ne quis uxorem omnino di  
cat sibi cognominem, tametsi du  
la sanguinis inter utrumque inte  
cedat necessitudo. Sinarum porr  
cognomina haud paulo paucior  
sunt, quam apud nostrates: nequ  
enim mille numerantur. Nemini  
vero licet novum aliquod cogn  
men effingere, sed ex iis, quæ ant  
quæ

usu recepta sunt, unum habeat  
ortet; & quidem illud à majori-  
s patrum, non patrum serie de-  
ctum, nisi forte quis in alienam  
erit familiam cooptatus. Affini-  
tis & consangninitatis gradus in  
verso cognomine nihil atten-  
nt, atque ita proles suas connu-  
jungunt cum maternis propin-  
cis, in quolibet fere gradu.

Sponsa nullam secum dotem  
fert: ac tametsi quo die in mariti-  
mum pergit, multam supelle-  
re in secum ferat, tanto apparatu,  
copiosiores ea vicos oppleant,  
annis tamen illa supellex mariti-  
mptibus comparatur, qui aliquot  
ensibus prius magnam pecuniæ  
mam dono submittit.

Natalis cuique dies apud Sinas  
otannis festus est, & munusculis,  
aliisque lœtitiæ signis cele-  
bratur. Id maxime fit expleto anno  
quinagesimo, ex quo tempore  
ter senes computari solent, ac  
deinde

deinde decimo quoque anno. DE Rhas celebritates filii, si è literarij sunt ordine, ab amicis exiguntur vicia poëmata, scriptiones, atq; emblemata magno artificio conscripta, quibus parentum encomia continentur: ex his etiam aliqui libri membrorum edunt, & ipso natali die aulicæ domesticæ parietes ornant, alioquin varijs titus exhibent ei, cuius anniversarij dies gratulantur.

Sollemnis etiam est Sinis dies ieiunio more sile, quo filii virilem pileum per auctoritatem sumunt, non secus ac Romaniani olim juvenes cum virili togam, prætextam exuti, inducebant. Ea ætas est annorum fere vinti, nam ad id usque temporis solutam cæsariem aluerunt.

Sed maxime sollemnis toto regno celebritas, quæque ab omnibus æque seculis colitur, est anni recurrentis initium, primo novilunio, & iterum primo plenilunio, enim lucernarum est festivitas.

, ideo quod in singulis ædibus  
ingeniosas aliquas lucernas accen-  
tus unusquisque , varia arte extru-  
sas è papyro , vitro , velo , quibus  
malibus per eos dies plenum est  
conrum , è quibus eam sibi eligit , que  
que maxime arriserit : & sæpe  
dæ ipse ardere videntur , dispositis  
aquaversus lucernis . Imo per  
etiam dies , nocturnis horis va-  
concurritur , & lucernæ in dra-  
nis more sibi mutuo innexæ , à  
cchätibus circumferuntur : mul-  
itidem sulphureo pulvere ludi-  
& festi ignes disploduntur , iis-  
e domus ac vici ardent insigni  
Etaculo .

## C A P. VIII.

e corporis lineamentis , cultu , ha-  
bituque , & aliis apud Sinas  
consuetudine receptis .

Inica gens fere albi coloris est ,  
nam nonnulli è provinciis Au-  
alibus ob vicinitatem zonæ tor-  
ridæ

## 192 NIC. TRIGAVT.

ridæ subfuscæ sunt. Barba illis rara pueris  
est, quibusdam nulla, pilis hirtis,  
absque cincinnis; sero etiam eru-  
pit, nam triginta fere annorum prope ju-  
venes cum nostratis, dum  
ginti attigerunt, conferri possu-  
barba, ut & capillitum universum  
atri coloris est, & apud Sinas tur-  
est rufa cæsaries. Oculos habe-  
angustiores, ovalis figuræ, nigrae, atque ca-  
atque prominentes. Nasus admodum tollit  
dum exiguus vix prominet, auctor ac pu-  
mediocres; in provinciis quib[us] etiam adiun-  
dam faciem habent fere quadratum.  
Multi à Cantonensi & Quam  
provinciis in utroque digito ini-  
mo pedis, binos ungues haberet, quod apud Cocincinenses eorum super  
conterminos omnes videre ei sunt in plurimis  
fortasse olim, sex in singulis pa-  
bus digitos numerabant.

Mulieres omnes sunt humili-  
ris staturæ, & magnam partem pileo-  
muliebris elegantiæ statuunt  
pedum parvitate. Qua ex causâ  
primi

rima pueritia pedes arctissime  
sciis obvoluunt, ne succrescant  
pere, atque ideo, in incessu trun-  
cis prope judicaris. Has fascias per  
universam vitam adhibent. Id vi-  
uetur sapientis alicujus inventum  
hisse, ut eas domi contineret, ne  
cile per vicos cursarent, quod fœ-  
minas decet in primis. Viri pariter  
fœminæ capillitum alunt, nec  
quam tonsorem adhibent, pueri  
tamen ac puellæ in prima ætate  
cum præsum raduntur, & solum in verti-  
comam nutriunt, idque ad an-  
num fere 15. deinde crescendi ad  
bitum faciunt facultatem, sed  
assos crines ad annum usque vi-  
sesimum supra humeros solvunt,  
cum virili pileo insigniuntur, ut su-  
ra. Pleriq; etiam sacrificuli octa-  
quoque die caput, & barbam  
dunt. Adulti jam crinem colli-  
unt pileolo è feris equinis, vel  
capillis humanis, aut etiam fi-  
sericis intexto in retis morem:

N in

in vertice pertusus est pileolus,  
quo capilli, quia longiores, edu-  
cuntur, & elegantem in nodu-  
colliguntur. Fœminæ hoc pileo n-  
utuntur, sed capillitio in nodu-  
quoq; collecto, ornatū ex auro ar-  
gentove ac lapillis, & denique flo-  
ribus componunt. In aures gestan-  
sed annulis digitos non variant.

Viri pariter ac fœminæ tunicae  
talares induunt. Eas viri ad pectus  
duplicatas, intinam partem fascia  
sub axilla finistra, supremā sub axi-  
la dextera subligant; fœminæ i  
medio pectori vinciunt. Vtrisquā  
manicæ laxiores longioresq; com-  
munes sunt, quales in Italia Vene-  
torum esse solent, sed fœminis ma-  
nicæ ad manus patent, viris arctan-  
tur, nec nisi quantū educendis ma-  
nibus satis est, aperiuntur. Pileos  
viri eleganti opere varie concin-  
nant; optimi habentur, qui è seti  
equinis cōtexuntur. Hyberno cœ-  
lo è lana pileos, aut etiam ex holo  
serico.

erico gestant. In calceis maxime à nostris discrepant. Viri eos byssicos, & holosericos, variis è filo serico mæandris, & flosculis ita conninant, ut etiam nostratum Mardonarum elegantiā superent. Calceos è pellibus, non nisi fæx vulgi estat; & in soleas etiam vix pellem adhibent, sed eas è consarcinatio panno consuunt.

Literatorum pilei quadrati sunt, illis non licet nisi rotundos gestare. Singuli matutinishoris dimidiam minimum in pectendo comprehendendoq; crine consumunt, quod oestratibus esset permoleustum. Solent etiam pedes ac tibias longissimis fasciis obvoluere: inde fit ut tibialibus semper laxissimis utantur, condusia nostro more non habent, sed ejus loco intimam tunicam ad carnem è candido panno gestant, ex corpus sæpe lavant. A famulo imbellam grandiorem sibi contraholis radios, & imbres gestari fa-

N. 2 ciunt,

ciunt, tenuiores ipsi sibi minores  
ferunt.

Agam nunc de consuetudine  
apud Sinas recepta circa propria fir  
gulorum nomina, quæ nostris pla  
ne inaudita videbitur. Cognome  
habet, ut dixi, antiquum & immu  
tabile, sed nomen non item, na  
sibi novum singunt, & semper ali  
quid significat, quod etiam cogn  
ominibus convenit. Id nomen unic  
charactere scribitur, & una, quo  
idem est, syllaba effertur, è duabus. Cum pr  
tamen syllabis constare potest. Pri  
mum parens filio indit, sed solus si impos  
si masculus fuerit: nam fœminæ  
neque puellæ, neq; adultæ nomen  
apud Sinas habent, sed patrio co  
gnomine, & numero, quem inter  
forores habent, nascendi ordin  
appellantur. Hoc nomine masculi  
à parentibus & majoribus dumta  
xat compellantur. Cæteri eos e  
numero quem inter fratres ha  
bent, nascendi ordine nominan  
que

uaria ratione modo de puellis diximus. Ipsi vero in visitatoriis & munerum libellis, & in reliquis scriptis ac literis, seipso proprio nomine inscribunt, quod à parente omnium acceperunt. Cæterorum vero, qui æquales, aut superiores fuerint, si aliquis eum hoc proprio nomine compellaret, aut ejus parentem, aut propinquum suo, non urbanum esset solum, sed etiam injurium.

Cum primum studia puer ageret, aliud ei nomen præcessor imponit, quod ludi nomen appellatur, hoc nomine à condiscipulis, ac Magistro dumtaxat appellari solet, ac potest. Cum virili tam pileo induitur, & uxorem quis adiucit, à viro aliquo primario novo nomine paulo honoratiore coherestatur; quod nomen ipsi Literam vocant. Hoc eū possunt omnes deinceps appellare, iis dumtaxat exceptis, qui ei famulantur, aut sub-

N 3 diti

diti sunt. Denique cum jam omni  
no adoleverit, nomen accipit à vir  
gravi honoratissimum, quod ip  
magnū vocant. Eo nomine possun  
eum omnes, nullo excepto, & præ  
sentem, & absentem cōpellare: sed  
tamen illum parentes ac majore  
tanto honore non dignantur, sed  
priori nomine, quod literam voca  
ri dixi, compellant.

Si quis etiam sectam aliquam  
recens profitetur, à Doctore, qu  
eum induxit, novo nomine com  
pellatur, quod religionis nome  
vocant. Porro cum alias alium of  
ficii causa visit, tametsi cognomer  
& nomen illud minus libello in  
scribat hospes, à visitato tamen &  
vicissim interrogatur, quod sit eju  
nomen honorificum, ut eum, si o  
pus fuerit, possit sine injuria com  
pellare. Atque ideo aliud nome  
grandius, quo ipsi nos compellent,  
oportuit nos accipere, supra id,  
quod in Baptismate accepimus.

Anti-

Antiquitatum sunt studiosissimi. Statuis antiquis carent. Tripodes ex ære campano propter ferruginem, vetustatis testem, in prælio habent, ut etiam vasa antiqua è terra, aut marmore, quod supra aspidem vocavimus. Picturas illustrium pectorum rebus omnibus inteponunt, quæ solo atramento, non aliis coloribus, lineamenta describunt. Illustrium quoque scriptorum characteres, & inscriptio-nes in charta pannove descriptæ, ipsorum scriptorum sigillo munieræ, ne fraus esse possit: neque enim antiquitatis imitatores astutissimi defunt, qui ab imperitis emun- gunt, in rebus vilissimis, quos deinde deprehendunt male colloca-tos.

Magistratus omnes proprium habent sui muneris sigillum, ab Humvuo Rege illis traditū. Quæcunq; juridice scribunt, obsignant celore rubro dumtaxat. Hoc sigil-

N 4      lum

lum summo studio conservant: enim illud perdiderint, non solum  
Magistratu excidunt, sed etiam  
cerrime puniuntur. Et ideo quotidie  
domo egrediuntur, secum illum  
deferunt intra scrinium clavis,  
alterius sigilli fide muoitem, illud  
que à suo conspectu nusquam re  
movent, domi vero dicuntur no  
turnis horis illud sub ipso cervica  
li asservare.

Viri graves minime pedibus pe  
vicos incedunt, sed sella gestatori  
vehuntur ex omni parte occlusa  
nec à prætereuntibus spectari pos  
sunt, nisi partem anteriorem ape  
ruerint; qua in re à Magistratib  
differunt, ipsi enim sellis evehun  
tur omni ex parte patentibus. Ma  
tronas quoque sella vehi mos et  
occlusa undique, sed ex ipsa figura  
facile à virilibus sellis distingui  
tur. Rhedas carpentaque per lege  
habere non licet.

Vrbes nonnullæ in medio flu  
minum

num & lacuum extructæ visuntur, ut in medio mari Venetia. In urbibus cymbæ perelegantes r vicos navigant. Et quoniam universa regio fluviis canalibusque distincta est, ad iter navigiis utuntur frequentius, quam nostrates, sunt vere commodiora & ele- mentiora. Sed ea, quibus Magistratus (quod semper publico sumptu) vehuntur, ita magna sunt, ut in gram familiam nullo suo incōmodo vebant, ac si domi suæ verarentur: in iis enim variæ sunt stationes, aula, culina, cellæ, eæque eleganter exornatae, ut principium virorum ædes, non navigia esse videantur. Ita sæpe contingit, ad instituendum solemne epulum, in hujusmodi se navigia recipiunt, quoniam eodem tempore, per flumina lacusque non sine voluptate vagantur. Intus splendido bitumine, Ciaræ Lusitani vobrant, omnia collucent, variis di-

N<sup>o</sup> 5      distincta.

stincta coloribus, ipsaque cælatus  
suis locis apte inauratae, oculis bl  
diuntur, uti naribus varii suffitus  
odoriferæ mixtiones.

Magistros omnino religiosius  
quam nostri venerantur, ac tame  
alter alteri per unum diem sese p  
discipulo subjucerit in qualibet s  
entia vel arte, per vitam deinceps  
universam eum Magistrum app  
lat, & pro Magistro colit: nam i  
non nisi ad latus in quolibet con  
gressu assidet, & Magistralib  
eum titulis ac ritibus cohonestatibus, p

Alexæ ludus, atque chartarum  
quem etiam in has partes usus i  
vexit, plebeius est & vulgaris Græc  
viores fallendo tempori, & ludicrū  
etiam quæstui adhibent latruncu  
los, nostris non omnino absimile  
In his discrepant. Regius enim  
calculus nunquam egreditur qua  
tuor cellulas suo loco vicinore  
sed neque literati duo Regis asse  
fores. Regina carent. Alios porro cal  
culus col  
due

os habent calculos non parum  
geniosos, quos ipsi pulveris bel-  
lebetes vocant, ii equos duos  
vocant, & pedites subsequuntur,  
in his duabus cellulis una cellu-  
præcedunt. Incedit hic calculus  
ferme modo, quo turriti nostra-  
elephant: inimici tamen exer-  
us ductorem Regem non petit,  
si inter ipsum & Regem, qui pe-  
nit, aliis sit calculus, vel pro-  
clus, vel collusoris. Hinc fit, ut tri-  
modis iictum vitare possit Rex  
petitus, primum exigua, ut ita  
quar, corporis declinatione, &  
nesta fuga in proximam cellu-  
n vel stationem, deinde opposi-  
alterius calculi; postremo si pe-  
tus nudet latus, jubeatque facef-  
e militem suum, à quo tegeba-  
r.

Gravissimum inter eos ludi ge-  
is est hujusmodi. In alveo trecen-  
trum cellularum plures, ducentis  
calculis colludunt, è quibus alii  
gan-

candidi sunt, alii atri. His calcis  
alter alterius calculos procurauit  
medium alveum relegare, ut res  
quis deinde cellulis dominetur:  
extremum qui plures in alveo co-  
lulas sibi subjicit, victor appelle-  
tur. Hunc ludum avidissime ar-  
piunt Magistratus, & saepe ma-  
mam diei partem ludendo con-  
munt; nam inter ludendi perit,  
horam integras ludus unus tenet.  
Qui hujus ludi peritus est, tamen  
alia nulla re insignis fuerit, ab om-  
nibus colitur, & evocatur. Imo ne  
nulli etiam eos solitis sibi ritibus  
magistros legunt, ut ab iis accuri-  
te hujus ludi rationem ediscant.

In plectendis delictis remissio-  
res videri possunt, maxime in fu-  
to, nisi vis intervenerit; neq; eni-  
unquam morte plectitur. In secun-  
do furto, cauterio simul, & atri-  
mento duos characteres brachia  
inurunt, quibus innuitur jam ita  
rato furatum; cum tertio depr  
heco

nditur, in ipso vultu eodem cau-  
rio inuritur, si denuo deprehen-  
tur, pro ratione delicti, & quo-  
rum eum deprehendi contigit, a-  
ius remissusve vapulat, aut ad  
iremes damnatur, spatio tempo-  
ris à legibus præstituto. Ideo la-  
unculis omnia plena sunt, maxi-  
mum ex infima vulgi fæce.

Singulis in urbibus noctu per-  
cos plura hominum millia excu-  
bitant, & certis intervallis peluim  
ulsantes, per vicos obambulant,  
licet ipsi vici noctu fere cancel-  
lis ac repagulis occludantur, non  
aro tamen domos integras no-  
turni fures deprædantur: id ex eo  
contingit, quod ipsis excubitoris  
excubias addi oportet, quo-  
iam ipsi vel fures sunt, vel fu-  
rum socii. Cum à nobis audiunt  
abitatissimas in Europa civitates  
nullas adversus fures urbanos, sed  
adversum hostes externos excubias  
disponere, obstupescunt. Ipsæ et-  
iam

206 NIC. TRIGAVT.

iam urbes , licet in altissima pa  
medioque in regno sint , quoti  
sub noctem occluduntur , & cla  
ad urbis Præfectum deferuntur.

C A P. IX.

*De ritibus apud Sinas supersticie  
sis, & aliis erroribus.*

**C**Apite in sequenti de super  
tiosis ritibus cuilibet seetè pri  
priis agetur ; nunc vero aliquos  
iis attingam , quos omnes ampl  
etuntur. Sed primum eos rogo  
qui hæc duo capita lecturi sunt ,  
ex iis , quæ dicentur , ansam arr  
piant condolendi , Deumque p  
hujus gentis salute deprecandi po  
tius , quam stomachandi , aut de re  
medio desperandi , memores , ho  
populos tot jam retro lapsis anno  
rum millibus ita Gentilitatis tene  
bris obvolutos , ut nullum un  
quam , aut fortasse vix ullum Eu  
angelicæ lucis radium aspicerint .  
**Cui nihilominus ab innata gen**  
soler

ertia, divinaque bonitate, tan-  
n adhuc superest luminis, quod  
ntura accepimus, ut facile mise-  
n suam agnoscat, ac fateatur,  
ad hoc modum ignoret, quo  
e possit expedire.

Nullus toto regno supersticio-  
ritus ita late pervasit, sicut is, qui  
observandis diebus horisve fastis  
fastisque versatur, ut ad tempo-  
n normam negotia sua omnia  
oderentur. In eum finem duplex  
orum index quotannis excudi-  
, ab Regiis Astrologis auctori-  
e publica conscriptus; unde tan-  
hæc impostura veritatis opi-  
onem sibi arrogat. Horum fa-  
rum libelli tanto numero di-  
ahuntur, ut eo nullæ non ædes  
pleantur. In his in dies singulos  
scribitur, quid faciendum, à quo  
stinendum, aut in quam horam  
ferendum quodlibet ex iis ne-  
tiis, quæ intra manuum spatium  
ique possunt occurrere.

Pra-

Præter hos indiculos , alii summi atque  
abstrusiores etiam libri, & fallaciæ, ho-  
res magistri , qui alia nulla re quæcumque  
stum querunt, quam dierum horum infer-  
rumque electione iis præscribe-  
da, à quibus consuluntur: & ne  
desint predictores, pretio etiam  
liore mendacia distrahuntur. Ne-  
raro contingit, ut molem aliqua  
extructuri , in multos dies open-  
initium ; aut iter facturi , viæ pri-  
cipium differant, eo solo intuitu  
ne à conjectorum præscriptione  
tantillum recedant. Et quanquam  
sepe usuvenit, ut eo ipso die copi-  
sus imber decidat, adversus ventum  
aspiret , nulla tamen aëris injuriam  
prohibentur, quin eo ipso die, hincesse  
rave, quam fortunatam fore ar-  
trantur, opus aggrediantur. Si quidem  
ad iter inchoandum quatuor  
saltem passus progrediuntur , ad Torre  
ad ædificandum duas terræ sporæ  
effodiunt, ne præscripto tempo  
opus suum inchoasse minime  
dear.

rantur: atque ita, quæ gentis cætas est, sibi omnia ex animi sentia cessura arbitrantur.

Non inferiore cura laborant, ex efo nascendi puncto vitæ totius seem fortunamq; præscire: qua ex causa nemo est, qui nō id momenum exquirat, & annotet accurate.

Hujus artis varii se Magistros ja-  
rant. Nec pauciores, qui è stella-  
m cursu, vel numeris quibusdam  
perstitiosis futura se prædicturos  
severant. Alii ex lineamentis in-  
stancie, manibusve conspectis idem  
respondent. Alii ex somnis, alii ex  
quibusdam verbulis, quæ inter col-  
loquendum eliciunt, alii è situ cor-  
poris, sessioneque sola, & innume-  
bris aliis modis futura conjectant:  
alique faciunt ita certo, ut omnem  
dubitatem excludere videan-  
tur. Tot vero irrepunt doli, & quo-  
die novæ nascuntur fraudes, ut  
errorem creduli facile inducan-  
tur. Nam collegas sæpe suos cir-

O      cum-

cumforaneos ignotos in audienciam concionem immittunt, à quibus palam asseritur, sibi eo prædictante ex ordine omnia coniugisse alias aliis circumforaneis præterit multa revelantibus, imposterum collegæ annuunt magno cum aplausu. Unde fit, ut plures in fraudem inducti ab iis, fortunam suam explorent, & audita pro oraculi excipient. Alia etiam fraude opinionem sibi comparant veritatis Manuscripti reperiuntur indices quibus integræ civitatis, per vicinædesque distributæ familiæ breviter describuntur. Eos hi circumforanei exscribunt, aut comparant non magno pretio, atque ita licet exteri sint, horum commentariorum fide narrant singulis; quam familiam hactenus aluerint, quid illi plures iam annos contigerit, aliaque hujusmodi; deinde collecta ex predictis fide, futura prædicunt; tum in alia se loca conferunt, fidem suam

nam fortunæ committentes. Tam  
porro multi prædictoribus his  
buunt, ut ipse metus fidem fa-  
at, nam si prædictum iis fuerit,  
li eos die morbo corripiendos, is  
oi advenerit dies, in morbum in-  
dunt, ac vi metus afflitti, cum  
gritudine, & aliquando etiam  
m morte colluctantur. E quibus  
tentis impostoribus auctoritas  
non parum accrescit.

Nec nulli dæmones ipsos consu-  
nt, & familiares, ut vocant, spiri-  
tus apud Sinas sunt non pauci, eaq;  
plus Numinis, quam dæmonum  
audis vulgo habere creditur, sed  
his ad extremum omnes in frau-  
dem inducuntur. Eorum oracula  
fantum vocibus, aut etiam bru-  
orum excipiuntur. Præterita ipsi  
absentia more suo evulgant, ut  
non absimilem vero faciant eam,  
sua futura prænunciant, falsitatem.  
ed neque hæc sine fraude pro-  
nunciantur.

O 2 Hæc

Hæc porro omnia cum nostris  
etiam Ethnicis communia suissim  
legimus, unum est quod Sinarum  
proprium dici potest. Id in eligen-  
da area, ad ædes privatas, & publi-  
cas extruendas, aut ad cadaver  
humanda, eamque aream confe-  
runt cum capite, cauda, pedibus  
variorum draconum, quos huic no-  
stro solo substratos vivere fabulan-  
tur; à quibus omnē adversam pro-  
speramque fortunam non familia-  
rum soluti, sed urbium, provincia-  
rum, tertiisque regni credunt de-  
pendere. Et ideo in hac velut re-  
condita scientia, multi etiam viri  
primores occupantur, & procul  
cum opus est, evocantur; maxim  
cum publicæ quædam turres, mo-  
lesve, aut machinæ in eum finen-  
extruuntur, ut prospera fortuna ac-  
cessatur, & infortunia publica ex-  
terminentur. Non secus enim, at-  
que Astrologi ex inspectis syderi-  
bus, ita hi Geologi ex montium  
flumi

um inum, agrorumq; situ, regio-  
num fata metiuntur , aut verius  
nentiuntur. Et sanè nihil absur-  
ius inveniri posse dicas. Nam ex  
anua in hanc aliamve partem ob-  
ersa , è deducendis per atrium ad  
extram , aut lævam imbrisbus , ex  
fenestra ex hac vel illa parte aperiti  
olita, ex eo quod è regione tectum  
sit alio altius, eque similibus nugis,  
iamiliæ salutem , opes , honores ,  
omnemque fortunam dependere  
omniant.

His Astrologis, Geologis, Auguribus, conjectoribus, & uno vero impostoribus, pleni sunt vici, plenæ tabernæ, plena foræ. Vbiique anis pollicitationibus prosperam fortunam venalem exponunt, & saepe oculis capti, non vilissimi solum homunciones, sed etiam mulierculæ, ut ad literam Euangelicam illud impleatur; Cæci sunt, & duces cæcorum. Nec solum his privatum omnia redundant; ipsæ urbes,

O<sub>3</sub> metro-

metropoles, aulæ hac lue scaten<sup>etiorum</sup>  
& hac una re quæstum faciunt, nu<sup>nitate</sup>  
merosam familiam laute sustinen<sup>Adscriba</sup>  
& plurimi magnas sibi opes pat<sup>erionia du</sup>  
rant. Eos enim sumimi & infim<sup>dicti</sup> in  
nobiles & plebei, literati, ac illi<sup>litteris ha</sup>  
terati colunt; quin etiam Rex ipse<sup>etiam eos</sup>  
& universi Magistratus, regnique<sup>u tanto</sup>  
Optimates.<sup>bentis huj</sup>

Ex his facile colligere licet, quo<sup>uanto de</sup>  
ex avium garritu auguria, quan<sup>nebris e</sup>  
soluti primi matutinis horis oc<sup>dem prop</sup>  
cursus, quam superstitione sola<sup>culo tam</sup>  
rium radiorum umbræ privatis te<sup>permul</sup>  
etis exceptæ. Hoc uno verbo di<sup>ari confid</sup>  
cere sufficiet, quicquid infortuni<sup>am, sepi</sup>  
privatim singulis, & publice urbi<sup>aduunt, i</sup>  
bus, provinciis, regnoque univer<sup>nam sibi</sup>  
sim acciderit, id omne adverso su<sup>de fit, u</sup>  
fato, aut rei cuiquam arrogant, in<sup>coutraha</sup>  
domibus, urbe, metropoli, aut re<sup>ad coen</sup>  
gia perperam collocatæ ; pro ec<sup>beant qu</sup>  
quod eos oportebat in tot scelera,<sup>preioco</sup>  
quibus à cœlo priuatim & publicè<sup>deinde</sup>  
vindictam evocant, suorum infor<sup>nere no</sup>  
tunio.

ianiorum causam justissime de-  
vare.

Adscribam nonnulla, quæ Sinæ  
previora ducunt, imo vero (si Deo  
placet) in laude ponunt, ut de  
æteris fiat conjectura, iterum ob-  
festans eos, qui nostra hæc legunt,  
et tanto impensius Deum pro-  
tarentis hujus salute deprecantur,  
quanto densioribus ignorationis  
nebris est involuta, minus qui-  
dem propterea damnanda, haud  
paulo tamen minus miseranda.

Permulti sunt, qui, quod mulie-  
bri consortio carere minime pos-  
sunt, seipso viris copiosis in servos  
strandunt, ut ex ancillis domesticis  
unam sibi copulent conjugio, un-  
de fit, ut etiam liberi perpetuam  
contrahant servitutem. Alii cum  
ad coëmendam sibi uxorem ha-  
beant nummorum satis, eam sibi  
pretio comparant, sed crescentem  
deinde familiam cum ultra susti-  
nere non possint, filios ac filias in-

O 4 servi-

servitutem distrahunt eo fere pre-  
tio, quo sus aliquis aut triste jumen-  
tum vænit, quod ad duos tresve  
aureos excrescit, id quod etiam fa-  
ciunt extra carioris annonæ angu-  
stias; & in perpetuum filii à paren-  
tibus separantur, liberumque fit  
emptori, qua maxime in re velit,  
servo uti. Hinc fit, ut hoc regnum  
servis redundet, non iis belli jure  
captis, aut aliunde importatis, sed  
vernaculis & civibus. Non pauci  
etiam extra regni fines ab Lusita-  
nis Hispanisq; exportantur in per-  
petuam extra solum patrium ser-  
vitutem. Tametsi hoc maxime  
medio Deus utitur, ut Sinas com-  
plures ab dæmonum servitute in  
Christianam transferat libertatem.

Sed hanc venalium liberorum  
negotiationem duo leviorem red-  
dunt; multitudo scilicet plebis te-  
nuioris, quæ non nisi summo fudo-  
re ac industria se sustinet, & ipsa  
servitutis ratio omnino mollior ac  
tolera-

solerabilius apud Sinas, quā aliam  
illam nationem : & quia se quis-  
que redimere potest eo pretio quo  
eniiit , quoties ei facultas fuerit.  
Gravius omnino malum , quod se-  
quitur. Nam in quibusdam pro-  
inciis infantes, potissimum fœmi-  
nas, aquis præfocant, quod eas edu-  
care se posse desperent. Id quod  
etiam apud non infirmam plebem  
invaluit , eo metu deterritam , ne  
inde urgente inopia , venales libe-  
ros exponere , ignotisque tradere  
cogantur. Hi ne sint parum pii,  
crudeles fiunt. Sed hanc sævitiam  
inter eos minus atrocem fecit er-  
ror ille , qui animorum metem-  
psychosis appellatur : dum enim  
animos mortalium ex aliis corpo-  
ribus in alia transmigrare arbitran-  
tur , immani sævitiae prætextum  
pietatis astruunt , dictantes se li-  
beris prodesse , dum eos maectant ;  
hac enim illos ratione tenuiori-  
bus suæ familiæ angustiis eductos.

O s in

in pinguiorem fortunam citius i-  
scituros. Hinc sit, ut hæc liberori  
carnificina minime remotis ar-  
tris, sed consciis omnibus pe-  
gatur.

Sed ad hanc barbariem acce-  
etiam alia immanior, qua sibi co-  
plures violentas manus inferu-  
vel bonorum desperatione mal-  
rumque perpessione fatigati;  
ut inimicis suis impotenter sa-  
non minus stolide, ægre faciat.  
multa enim in annos singulos h-  
minum millia ferunt, virorum  
mulierum seipso in campis,  
pro adversarii foribus, injecto  
fauces nodo, præfocare, aut in fl-  
mina insilire, haustove levibus a-  
quando ex causis veneno sibi vita  
eripere. Nam ex eo quod Mag-  
istratus deinde severe in eos ani-  
aduertant, qui causam dedisse d-  
esperationi à demortui propinqu-  
accusantur, fit ut alia ratione  
vindicare non posse existimen-

Att.

Attamen sunt non pauci sapientiores Magistratus, qui nullius causam, lege lata, suscipiunt, qui violentas sibi manus intulerit, hinc multorum vita conservatur.

Aliud immanitatis genus in Boalibus provinciis in infantes mascululos exercent, quos castrant quam surimi, ut inter Regios famulos dnumerari queant; nam præter os alii Regi non famulantur, nec consiliis sunt, nec cum eo colloquuntur, quin imo tota fere Regni administratio in horum semivirosum manibus versatur. Ex iis porro intra palatii regii fines ad decem millia numerantur, omnes fere plebei tenues, illiterati & in perpetua servitute educati, hebetes deinde sunt ac stolidi, nec minus impotentes ac inepti ad rem quamlibet gravem animo concipiendam, medium perficiendam.

Leges porro infligendaruin pœnatum pro delictis, etsi ultra jus non

non sunt asperæ, nihilominus  
bitror non pauciores à Magist-  
tibus mactari contra leges, qui  
qui debitam legibus vitam am-  
tunt, quod ex inolita hujus regi-  
consuetudine oritur. A Magist-  
tibus enim quibuslibet subditi n-  
la prævii juris aut sententiæ for-  
vapulant quoties in mentem ci-  
que venerit in hunc modum.  
publico tribunali proni toto co-  
pore procumbunt, nudatisque ci-  
ribus supra genua infra nates, aru-  
dine durissima per medium sec-  
digiti crassitie, quatuor lata, du-  
ulnas longa verberantur à mi-  
stris, fuste utraque manu corre-  
atrocissime, tametsi ictibus no-  
plus decem, sumnum triginta pli-  
ctantur, nam sæpe primo ictu lac-  
ratur cutis, & nonnullis carnis fr-  
stula dissiliunt, ex qua verberatione  
multi pereunt; multique vitam la-  
gitionibus redimunt (exigentiu-  
contra jus fasque arbitratu : tamen agimus  
enim

nim Magistratuū dominandi li-  
do est , ut vix quisquam reūm  
arum dominus esse queat , sed  
mnes in continuo metu versen-  
tr, ne qua sibi calumnia, sua bona  
ripiantur. Adhæc sicut hæc gens  
perstitionibus , ut supra dictum,  
editissima est, ita veritatis parum  
mans ; etenim non nisi magna  
autela & circumspectione opus  
st, ut alter alteri se credat.

Hoc eodem metu perculti hoc  
eculo Reges à publico abstinent,  
et cum olim è palatio egredieban-  
ur non nisi mille industriis tuti id  
udebant, nam universa Regia in  
rmis erat, dispositis per eos vicos  
xcubiis , qua transitus erat , & per  
lios vicos , quibus in priores iter  
esse poterat , nec solum videri se  
non sinebat, sed neque sciebatur  
qua lectica veheretur , nam pluri-  
næ gestabantur. Dixisses eum non  
inter clientes, sed inter hostes regii  
sanguinis cupidissimos iter facere.

Ere-

E regio sanguine prognati  
met si omnes sumptu & ærario p-  
blico , quod supra dixi , sustinea-  
tur , tamen cum jam ad sexagin-  
millia excreverint , & continuo a-  
geantur , maximo sunt oneri Re-  
publicæ : nam cum ab omni-  
nere publico removeantur , otio apud se-  
sunt omnes , & laxiori vitæ dedi-  
& quoties possunt , impotentia-  
insolescunt. Ab his sibi Rex cav-  
nihilo secius quam ab hostibu-  
nam habent ipsi continuos exca-  
bitores , nec ab nominata cuilibet admodum  
ad habitandum urbe egredi po-  
sunt , injussu Regis ; si fecerint  
atrocissimis pœnis subjacent : nu-  
tamen ex iis licet in Regiis urb-  
bus Pequino & Nanquino con-  
morari.

Nemini mirum videbitur , eo  
qui civibus ac propinquis se no-  
credunt , de advenis diffidere , si  
ii è vicinis , sive ex remotis regio-  
nibus advenerint , quarum alias  
nu-

illam notitiam habuerunt, nisi  
obscuram & falsam, quam à  
libusdam accipiunt, qui ad suum  
agnum clientelaris obsequii offi-  
ciia delaturi adveniunt. Ex adven-  
tum libris quicquam ediscere Sinas  
uidet, opinantes omnem scien-  
tiam apud se solos reperiri, exter-  
nos omnes pro illiteratis ac barba-  
gabent & appellant. Et si quan-  
to in suis scriptionibus exterorum  
cidit mentio, ita de iis agunt,  
nisi nihil dubium sit, eos à brutis  
nihil admodum dissidere. Char-  
acteres porro omnes, quibus hoc  
terorum nomen exponunt, ex  
imantium fere literis compo-  
untur, nec fere eos honestiore  
omine, quam dæmoniorum di-  
mantur.

Porro si legati è vicinis regnis ad  
clientelaria officia Regi deferen-  
ti, vestigalve persolvendum, aut  
quodlibet negotium tractan-  
um advenerint, vix dici potest,  
quam

quam suspiciosè tractentur. Nam  
eos tametsi ab omni sæculoru  
memoria amicos habuerint, ca  
tivos nihilominus toto itinere c  
cunt, nec eos quicquam videre  
nunt. Multis clavibus intra palati  
exterorum septa, veluti brutoru  
stabula, recluduntur. Ad Reges  
aspectum nunquam admittuntur  
cum paucis è Magistratu, sua  
gotia tractant. Cum externis a  
tem extra regni fines nemo, ni  
certis temporibus ac locis, age  
permittitur, qui secus fecerint, al  
que publica facultate gravissim  
pœnis plectuntur.

Duces ac milites, qui belli  
cisve tempore suis locis excuban  
ipſi quoque excubidores suos ha  
bent, ne quid rerum novarum moruz  
liantur. Numerosos exercitus nu  
quam uni Duci tradunt. Omnes  
sunt in Senatus Philosophici pot  
estate. Ab hoc exercitu stipend  
penduntur, & commeatus suppon  
ditan

litantur, atque ita non in iisdem  
nibus milites sunt, & militaris  
apparatus, ut hac ratione securior  
sit cujusque fides. Nulla gens æque  
vitis atque iners est, quam milita-  
ris. Miseri sunt omnes qui arma  
tractant: quos neque amor patriæ,  
nec in Regem fides, nec honoris  
upiditas ad arma vocat, sed sola  
vitæ sustinendæ, non secus ac  
illiberali quolibet opificio. Ma-  
ximam partem regia sunt manci-  
gia, vel propriis vel majorum suo-  
rum sceleribus perpetuam servien-  
tes servitutem. Idem quo tempo-  
re à bellicis exercitationibus va-  
nant, infima quæque officia, baju-  
rum, mulionum, & inhonestiora  
xiam servitia exercent. Soli Duces  
Præfecti aliquam inter cæteros  
uctoritatem adipiscuntur. Eorum  
ma, sive quibus se tūentur, sive  
ibus hostes offendunt, omnino  
nt parum noxia. Et solum fuca-  
m aliquem præferunt appara-

P tum,

tum, ne in militaribus lustris inter-  
mes appareant. In quibus lustris, a  
Philosophicis Magistratibus, & mi-  
lites, & ipsi Duces modo, quem su-  
pra explicui, vapulant instar pue-  
rorum in ludo literario, nulla di-  
gnitatis & conditionis habita ra-  
tione.

Claudam hoc caput duplici Si-  
narum, ut apte loquar, insanias  
quæ in omnes æque regni provin-  
cias penetravit, & multos maximus  
magnates invasit. Argentum ali-  
intendit ex alio aliquo metallo eli-  
cere; alia ad vitam, exclusa morte  
adspirat immortalem. Ambarum  
rerum præcepta à veteribus qui-  
busdam, quos ipsi in Sanctorum  
numero habent, inventa primum  
deinde etiam tradita fabulantur  
quos post multa præclare & utilite  
gesta, in cœlum evolasse cum ani-  
ma simul & corpore, postquam hi  
vivere piguit, mentiuntur. Ho-  
seculo utriusque scientiæ, veritu-  
imp

mposturæ, volumina in immen-  
um excrevère, alia typis excusa,  
lia vero manuscripta. Sed hæc  
plus sibi auctoritatis peperere.

Ac de priori quidem insaniæ ge-  
ere nihil aliud dici potest aptius,  
uam cupidissimos illos alchimi-  
as, suas etiam in fumum conflare  
ortunas, nedum quas ambiebant  
dipisci. Ditissimi enim quiq; post  
xhausta multa aureorum millia in  
ujus fraudis apparatu, quotidie in  
spectu omnium ad extremam  
nopiam rediguntur. Qui vero sunt  
hoc genere felicissimi, adulteri-  
um argentum ita conflant, ut in  
torem imperitiores paucos in-  
ducant, præterquam quod omni-  
cerarum & virtutis exercitio præ-  
misso, dies noctesque fornaces  
flant, ut in novam aliquam frau-  
dem vel alios inducant, vel ipsi in-  
dicantur, libros etiam magno  
mptu transcribentes, & varia hu-  
s artis instrumenta comparantes.

Fornacis hujus & Vulcaniæ fraudis non desunt innumeri Cyclopes: alii corporis cultusque nitorem veritatem mentientes, alii etiam mendici sub habitu sordido, faltatem occultantes, horum continuum est exercitium, qua lucri spafflaverit, circumferri, & artis hujus cupidos vanis pollicitationibus in fraudem inducere. Omnis poro horum circumforaneorum industria in hoc consistit, ut aliqui artis præludio persuadeant, se i quod speratur, posse perficere, tamen enim loculos ad fecem emungunt ea, quæ sunt ad apparatum necessaria, omnemque Vulcaniæ supellectilem comparent; sed quidie minus creditur avolant hapiæ, nec ultra comparent; nil autem relinquunt, nisi siccos jalculos, & in usuriorum matus pignora debitorum. Et habet hic insanæ mortibus hanc phrensim, ut tametsi ad hunc modum

jat.

um saepius quis fortunarum sua-  
um insignem jacturam fecerit;  
non ideo sapiat aut contineri pos-  
t, quin ab alio aliquo astutiore  
ircumforaneo similibus se denuo  
ollicitationibus deludi finat; at-  
que ita vitam universam complu-  
es in hac spe perdunt curis palli-  
i, & eventis tristes, nec se tamen  
nquam ab ullo vel propinquuo  
el necessario ad mentem revocari  
iunct.

Alter insaniæ morbus nonnun-  
uam cum priore reperitur anne-  
us. Et quoniam ad immortalita-  
tem suapte natura, studium gra-  
uius adspirat, ita etiam viros pri-  
nores & in summis Magistratibus  
constitutos invadit. Hi posteaquam  
in hac vita, quas sperare poterant  
pes, dignitatesque fuere conse-  
uti, nihil aliud sibi deesse putant  
d beatitudinem, nisi qua ratione  
æc una cum immortalitate con-  
ungant, atque ideo conatus om-

P 3 nes

nes ac studia in unam hanc rem  
conferunt. Et quidem in hac regione  
Pequinensi, in qua degimus, pauca  
sunt omnino Magistratus, Eunuchs  
chi, cæterique primores, qui non  
hoc insanæ morbo laborent. E  
quoniam non desunt discipuli, it  
neque Magistri superioribus tanto  
chariores, quanto immortalitatibus  
per se majus est studium, & acro  
ribus igniculis excitat ambientes  
quem vero semel hæc insania cor  
ripuerit, nihilo facilius superiore  
curatur. Actamet si quotidie hi im  
mortalitatis venditores mortalita  
tis debitum exsolvant, non est hoc  
tamen satis ad miseros mortales ab  
hoc præpostero immortalitatis stu  
dio revocandos: arbitrantur enim  
se feliciori fortasse fortuna usuros  
& quod aliis nocuit, sibi fortasse  
profuturum, neque omnino ad  
duci possunt ut credant id extra  
humanæ industriæ facultatisque li  
mites constitutum.

Ia

In Sinicis Annalibus legitur, Regem ex antiquioribus unum hac insania usque adeo coruptum, ut non sine mortalis vitæ detrimento vitam procuraret immortalem; id quod sœpe contingit, ut dum ad longiorem vitam adspirant, breviorem efficiant. Is quorundam impostorum arte jam sibi poculum paraverat, quo hausto plane se immortalem fore arbitrabatur, nec ab intimo suo amico ab eo exhaustiendo rationibus sanisque consiliis deterrebatur. Quod ubi avertit amicus, cum Rex forte vulnus tantisper avertisset, poculum clam arripuit, & impigre exausit. Excanduit extemplo Rex, & jam stricto mucrone mortem intentabat, quod sibi immortalitatis poculum eripuisse. Amicus vero intrepide respondit: Exhausto immortalitatis poculo etiam vitam eripi mihi posse putas? Et sane si eripi potest, nullum crimen ad-

232 N I C. T R I G A V T.

misí , neque enim ego tibi immortalitatem eripui , sed fraude liberavi . Quibus dictis Rex illic acquievit , & amici prudentiam qua ab errore revocabatur, collaudavit . Verum etsi nunquam defuere Sinas viri sapientes , qui habuerunt vel al ex animis mortalium utramque animorum ægritudinem , quam insaniam vocavi , detergere laborantur ; nunquam tamen efficere potuerunt , quin quotidie latius se perirent , & hoc nostro sæculo præteritorum temporum memoriam superarent , diffusamque in plures luem mali contagione evulgarentur .

C A P. X.

*Varia apud Sinas falsa Religionis sectæ.*

E X omnibus Ethnicorum sectis quæ quidem in Europæ nostræ notitiam devenerunt, haec tenus nullam legi, quæ in pauciores errore inci-

nciderit, quam Sinarum gens prioribus antiquitatis suæ seculis legatur incidisse. In illius quippe libris ego, Sinas jam inde ab initio supremum & unum Numen adorasse, quod ipsi cœli Regem appellabant, vel alio nomine cœlum & terram. Ex quo apparet, veteres Sinas opinatos fortasse cœlum ac terram animata, eorumque animam pro supremo Numine constituisse. Infra hoc Numen colebant variis spiritus montium, fluminum, & quatuor mundi partium tutelares. In omnibus actionibus rationis dictamen audiendum constitabant, quod lumen rationis à celo se accepisse fatebantur. De supremo vero illo Numine, deque spiritibus illius ministris, nusquam regimus Sinas ea vitiorum monstra vulgasse, quæ nostri Romani, Græci, Ægyptii, vitiorum patrocinium in diis quærentes evulgant. Ex quo sperari merito potest

P 5 de

de immensa Dei bonitate , non in paucos è veteribus apud Sinas i lege Naturæ salutem invenisse, adjutos peculiari illo auxilio , quoniam nemini facienti quod in se est , i ajunt Theologi , solet Deus denerare. Et hoc ex eorum Annalibus ab annis quater mille & eo amplius licet non obscure colligeretur in quibus multa leguntur ab iis bene gesta , in patriæ bonique communis emolumentum. Idem colligitur è sapientissimis voluminibus , quæ in hæc usque tempora perseverant , antiquorum Philosophorum , quibus homines ad virtutem saluberrimis erudiunt institutis. Qua in re celeberrimis nostris Philosophis cedere non videntur.

Quia vero natura corrupta sit auxiliò gratiæ semper in pejus ruinabentibus deinde sæculis primis illud lumen ita obscuratum est , si qui fortasse ab inanius deorum cultu abstinent , ex iis pauci sit

qui non in Atheismum lapsu graduiore degenerent. Hoc porro caput triplicem apud Sinas Ethnico-um omnium sectam persequar. Nam de Saracenis, Iudæisque, & Christianorum apud Sinas vestigiis, alias erit ex instituto diendi locus.

Tres igitur Sinarum libri orbis terrarum sectas numerant: nam vias minime norunt. Prima est iteratorum, altera Sciequia, terciam Laucu vocant. Ex his tribus rquam Sinæ omnes, & reliqui populi contermini, qui Sinarum characteres habent, profitentur. Iiherero populi sunt Iapones, Coriani, Euquici, & Cocincinenses. Literatorum secta Sinarum est propria, in hoc regno antiquissima. Hæc temp publicam gubernat, pluribus oris abundat, & supra cæteras cebratur. Legem hujus sectæ non gunt Sinæ, sed una cum literam studiis imbibunt, nec ex iis, qui

qui literis incumbunt, aut literarios honores adipiscuntur, ullus est, qui non eam profiteatur. Auctorem seu Principem Philosophorum Confutium, de quo supra agnoscunt. Hæc porro secta idola non colit, sed nec habet. Vnum Numen veneratur, ideo quod a eo conservari gubernarique hæc inferiora omnia arbitretur. Spiritus etiam, sed inferiore cultu, & contractiore dominio colit. Germani literati conditi orbis nec modum, nec auctorem, sed nequissimum tempus docent. Germanos ideo dixi, quia nonnulli minus celebres somnia quædam proponunt, se nugacia, nec vero similia, quibus etiam ideo nulla fides adhibetur.

In hac lege de præmio bonorum ac malorum sermo est, se fere arbitrantur id in hac vita dare & vel in auctorem, vel in ejus posteros, pro meritis, redundare. De animis immortalibus antiqui videntur

Iudicentur dubitasse; nam de vita  
mortali functis, & in cœlo degenti-  
us, diu etiam post mortem, sæpe  
cermonem inferunt, sed de impio-  
um apud inferos pœnis nullus ser-  
mo. Recentiores porro literati ani-  
mos una cum corporibus, aut paulo  
post extingui docent, unde neque  
robis cœlum, nec improbis infer-  
orum cruciatus assignant. Quibus-  
am hoc nimis durum videtur; ideo  
afferunt solos proborum animos  
esse superstites, ex eo quod homi-  
num animos dicant exercitio vir-  
utum roborari, & ita uniri, ut æ-  
atem deinde ferant, quod cum im-  
probi non possint, eorum mentes  
cox, ut è corporibus exierint, eva-  
nescere, & velut in fumum redigi.

Opinio tamen hoc tempore ce-  
brior videtur mihi ex Idolorum  
acta deprompta, & quinque re-  
o seculis invecta. Ea afferit uni-  
versitatem hanc ex una eadem  
arie constare substantia, illiusque

con-

conditorem una cum cœlo ac terra, hominibus ac brutis , arboribus ac plantis, & quatuor denique elementis continuum corpus unum confolare, cuius magni corporis singularæ res singula sunt membra. Eius unitate substantiæ docent quo amore inter se singula unidecat; & quemlibet ad Dei similitudinem devenire posse ex eo quod unum sit cum eo. Has ineptias nos non solis rationibus, sed et antiquorum suorum Sapientur testimoniis confutare contendimus, qui alia omnia tradiderunt.

Tametsi Literati , uti diximus supremum unumq; Numen agnoscant, nullum tamen ei templum extruunt, & alium nullum locum deputant ad eum venerandum nullos etiam, quod consequens est. Sacerdotes aut Religionis ministros habent, solemnes ritus nullo ab omnibus observandos, præcepti etiam nulla , quæ violare sit nefas

se

neque sacrorum Præfetus est  
eius, cuius munus in explicanda  
ulgandaque lege, plectendisque  
, qui contra eam peccaverint,  
nsistat. Ideo nihil illi vel priva-  
n vel publice recitant aut ca-  
nt. Imo afferunt solum huic cœ-  
um Regi sacrificandi, ejusque  
lendi munus ad Regem specta-  
t. Et si quis hæc sacrificia usurpa-  
, pro perduelli & Regii muneris  
cupatore plecteretur. In hunc  
Rex duo habet tempa fane  
gnifica in utraque Regia, Nan-  
nensi & Pequinensi. Cœlo di-  
um est unum, terræ alterum.  
nis olim ipse per se litabat, nunc  
ejus locum Magistratus gravif-  
i successere, cœloque & terræ  
yes & oves magno numero ma-  
nt, aliosque multos ritus exhi-  
it. Spiritibus cæteris montium,  
niūm , & quatuor regionum  
us universi, soli litant Magistra-  
primarii regnique Primores,

nec

nec privato cuiquam hic cultus  
cet. Hujus legis præcepta libri  
Tetrabiblio illo, & quinque doctrinarum  
voluminibus continentur, nec  
alii sunt codices probati, propter  
aliquot in eadem volumina quoque  
commentarios.

Nihil porro in hac secta celestis patrum  
brius est, quodque latius inter orationes  
ab ipso scilicet Rege ad intitulatur ab  
mum quemque pertingit, quamvis alieni  
justa funebria, quibus quotantur omnes  
parentibus avisque parentatur, unquam  
quibus supra. In his observantia  
suam statuunt, mortuis scilicet o  
sequentes majoribus, ut ajunt, non his  
si essent superstites. Nec tamen auctor, com  
bitrantur, appositis mortuos vel propriis  
ferculis, aut iis etiam indigere, sed id genus officii ideo se exhibet  
asserunt, quod alia ratione nulam in qualitate  
amorem in eos suum sibi testantur, in loco, cum  
posse videantur. Imo etiam afflitos vocantur  
runt non pauci, ritus hos fuisse i  
stitutos, magis in vivorum gr  
atia palati.

iam, quam mortuorum; ut sci-  
cet filii & alii rudiores doceantur,  
ua ratione vivis parentibus obse-  
uendum, quos viderint etiam vita  
tinctos à gravissimo & sapientissi-  
mo quoque tot officiis honestari.  
ut quoniam in iis nullam Numi-  
is partem agnoscunt, nec ab iis  
uiicquam aut petunt aut sperant,  
videtur ab omni sacrilegi cultus  
elere alienum, & etiam fortasse  
omni superstitionis labo purum.  
Quanquam salutarius omnino vi-  
etur, hæc in donandis eleemosy-  
nomine pauperibus ad fidelium  
lutem, his qui Christi sacra susce-  
perint, commutare.

Proprium Literatorum fanum  
ipsius Confutii Philosophorum  
nenium Principis. Id ei per le-  
nes in qualibet urbe construitur,  
in loco, quem supra Literarium  
vocari diximus. Id magno  
emptu consurgit, & contiguum  
ab palatium ejus Magistratus,

Q      qui

qui primum literarum gradum  
consecutis præest. In celeberrimo  
fani loco statua illius visitur, au-  
ejus loco nomen cubitalibus lite-  
ris aureis in pereleganti tabul-  
descriptum. Ad ejus latus statua  
adstant quorundam ejus discipulo-  
rum, quos Sinæ in Divos, sed infe-  
rioris ordinis, retulere. In hoc fa-  
num novilunio ac plenilunio quo-  
libet, conveniunt Magistratus om-  
nes urbani, cum renunciatis Bac-  
calaureis, Magistrum solitis incli-  
nationibus, ac genuflexionibus  
cereis etiam, ac luffitu veneratur.  
Idem natali ejus die quotannis re-  
currente, & aliis quibusdam ter-  
poribus ex more deputatis, feru-  
illi offerunt magno apparatu, gra-  
tiam se habere protestati doctri-  
næ, quam in ejus libris repererun-  
cujus maximè adminiculo doctri-  
næ gradus ipsi suos, & opime  
in Republica Magistratus con-  
quuntur. Nullas porro ei prece-  
re

ecitant, nec ab eo quicquam pertinent aut sperant, ad eum modum quo de vita functis jam explicatum.

Alia quoque ejusdem sectæ fani insuntur tutelaribus spiritibus urbium singularum, & tribunalis cuique Magistratui propria. In eo sacramento se solemnni astringunt, id jus fasque servandum, & officii sui partes legitime exequendum, id à quolibet Magistratu sit, quum primum dignitatem adit, quod hic sigillum accipere vocamus. Histicam fercula offerunt, & odores ascendunt; sed non eodem, quo supra cultu, nam in his agnoscunt eriuros plectendi, probosque renunerandi divinam quandam inse facultatem.

Hujus Literatorum sectæ scopus, in quem omnis ejus institutio collimat, est pax publica, & Republicæ quies. Oeconomicæ etiam familiarum, & privata singulorum ad virtutē compositio. Quem

Q. 2 in

in finem accommodata sane præcepta tradunt, eaque omnia in nato nobis lumini, Christianæque consona veritati. Celebrantur ab iis quinque combinationes, quibus omnis humanorum officiorum disciplina continetur. Ex sunt patris ac filii, mariti & uxoris, domini & clientis, fratrum inter se majorum ac minorum, sociorum denique aut æqualium. Has combinationes ipsi soli se asscotos putant, & eas ab externis populis au nesciri aut negligi arbitrantur.

Cælibatum damnant, polygamiam permittunt. Explicatissimum habent in suis libris alterum præceptum Charitatis; *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*, &c. Mirum quam alte evehant libero rum in parentes pietatem & ob servantiam, nec minus clientum in dominos fidem, & minorum erga majores venerationem. Por quia nihil eorum vetent aut j beant.

beant explicat, quæ de altera vita ad salutem necessario credenda sunt, multi cum sua secta reliquas duas miscent, & magnam sibi videntur assumptissimæ religionem, si nullam respuerint falsitatem, tamen hanc illi sectam esse negant, sed Academiam quandam ad Republicum moderamen institutam. Et sane tantum abest, ut hujus Academiæ statuta (sublatis per paucis) à Christi religione dissideant, ut etiam ab eadem plurimum adjumenti capiat & perficiatur.

Altera Sinarum secta *Sciequia* vel *Omitofe* appellatur; apud Iapones vero *Sciacca* & *Amidabæ* nuncupatur. Charakteres utrisque sunt iidem. Eadem etiam *Sotoqui Lex* ab Iaponibus dicitur. Lex hæc ad Sinas pervenit ab Occasu, importata è regno cui *Tiencio*, vel *Scinto* nomen est, quæ regna hodie uno *Indostanus* nomine appellantur, intra flumina Indum &

Gangem sita. Pervenit autem salutis humanæ anno quinto & sexagesimo. Et scriptum reperio Regem ipsum Sinarum legatos misisse, somnio inductum ut id ficeret. Ex eo regno libros in Sinarum regnum attulere legati, & interpres adduxere, à quibus deinde libri in Sinicum sermonem translati sunt: hujus enim sectæ autores non advenerunt, siquidem superstites tum non fuerint. Ex quo cum constet, hoc dogma ab Sinis ad Iapones migrasse, non satis intelligo, quam vere Iaponienses hujus dogmatis sectarii afferant, eò ipsos Sciacca & Amidaba penetrasse, & è regno Siam originem habuisse, hoc enim regnum nullo tempore Sinis ignotum, manifestum fit ex ipsis hujus dogmatis sectariorum libris, longe ab eo distare, quod ipsi *Tiencio* vocant.

Ex his patet hoc dogma eo tempore ad Sinas penetrasse, quo

Euan-

Euangelium Apostolis præconibus  
unundo innotescebat; in India su-  
periore, quæ est illud ipsum Indo-  
tanis regnum, & alia contermina,  
cum D. Bartholomæus Apostolus  
egem Evangelicam evulgabat:  
Apostolus vero Thomas in India  
inferiore ad Austrum Euangelicos  
adios inferebat. Vnde videri po-  
nunt Sinæ Euangelicæ veritatis fa-  
ma permotos, eam ab Occasu ex-  
petiisse, sed vel Legatorum errore,  
vel locorum ad quæ perveniebant  
malevolentia, pro veritate falsita-  
tem importatam accepisse.

Auctores hujus dogmatis videri  
ossunt nostratum Philosopho-  
num nonnulla dogmata consecuti,  
nam quatuor asserunt elementa,  
inæ autem satis inepte quinque  
dstruunt; ignem, aquam, terram,  
metalla, & lignum, ex quibus hunc  
elementarem orbein, homines,  
ruta, plantas, & cætera mixta  
constare opinantur. Multiplices

Q 4      cum

cum Democrito & aliis, mundo  
fabricant, sed maxime animorum  
transmigrationem è Pythagora  
disciplina videntur mutuati, alia  
que permulta commenta huic ad  
didere ad fucum falsitatis. Hæc  
autem non solum à Philosophis  
nostris, sed etiam ex Euangelio  
luce videntur umbram quandam  
accepisse. Certum enim Triadis  
modum inducit, quo tres deos, in  
unum deinde Numen coalescere  
fabulatur. Probris in cœlo præmia  
improbis apud inferos cruciatum, pra  
parat, pœnas de seipso repetentium  
virtutem celebrat. Cælibatum ita  
extollit, ut nuptias repudiare vi  
deatur. Domo ac familiaribus va  
lefaciunt, & in varia loca stipendi  
emendicantes, peregrinantur. Ma  
gnam hujus sectæ profani ritu  
cum Ecclesiasticis nostris affinita  
tem habent. Recitantium cantu  
à nostro, quem Gregorianum vo  
camus, nihil dicas discrepare. I

fus

is etiam fanis imagines expo-  
unt. Eorum sacrificuli uestes in-  
uunt nostris omnino simillimas,  
nas Ecclesiastico vocabulo *plu-*  
*zialia* vocamus. Inter recitandum  
nomen quoddam repetunt,  
iod etiam ipsi fatentur ignorare;  
ud Tolome sonat. videntur for-  
que sectam suam Apostoli aucto-  
ritate voluisse cohonestare.

Sed hanc veritatis umbram te-  
trimæ mendaciorum nebulæ ex-  
panixerunt. Terram enim ac cœ-  
m , præmiorum pœnarumque  
cum confuderunt , in neutro  
quippe animas æternitati addixe-  
re , sed eas post aliquot annorum  
atia denuo renasci jubent , in ali-  
o ex iis , quos plures statuunt ,  
rratum orbe , iisque tum præte-  
itorum scelerum pœnitentiam  
dulgent , si se correxerint , & id  
enius alia , quibus hoc miserum re-  
num mite affixerunt. Carnium  
& reliquorum viventium à

Q5 men-

mensis removent, sed pauci habent, quam  
sibi abstinentiam indicunt, & facile his cæterisque peccatis reos a  
soluant, si se aliqua stipe donav-  
rint, imo suis se recitationibus  
quos voluerint ab inferorum tormentis eripere se posse prom-  
tunt.

Hanc sectam legimus initio magno applausu invehi cœptam, eo maxime quod animum immortalem & alterius vitæ præmia claram proponerent. Sed, ut recte Sineses ejus temporis Literati notarunt, quanto proprius reliquis hæc secta impliebat veritatis speciem accedit, tandem qui suis imposturis fœdiorem lue sine sensu evulgavit. Sed nihil æquum hodiæ auctoritatem ejus sectæ labefactum vidit, quam id quod sæpe Literati seniorum etariis objiciunt, eum Regem Principes, qui primi hæc dogma complexi sunt, morte violenta miserabiliter periisse, cæteraque oratione, vel via in pejus ruisse, & pro bona fortuna in tun-

ia, quam plenis buccis promit-  
ant, in varia infortunia publicas-  
e calamitates incidisse. Ac his  
ad hæc usque tempora, va-  
velut sæculorum æstu hæc secta  
revit ac decrevit, sed tamen li-  
borum semper multitudine aucta  
sive ii ab Occasu recens adve-  
bant, sive in ipso Sinarum re-  
(quod vero similius est) nasce-  
ntur, hoc somite semper hoc in-  
dium vixit, nec unquam extin-  
i potuit. Sed ex ipsa librorum  
sietate tantæ paulatim doctrinæ  
implexæ sunt, ut eas ne ipsi  
idem qui eam profitentur va-  
nt extricare. Antiquitatis porro  
stigia hodieque supersunt, in fa-  
rum multitudine, & pleraque  
mptuosa. In quibus immania  
olorum monstra ærea, marmo-  
lignea, luteaque visuntur. His  
contiguæ turre assurgunt, è  
tide, vel latere, in iisque æra  
mpana ingentia, aliaque magni  
pretii

pretii ornamenta, hodieque c  
servantur.

Hujus sectæ sacrificuli Osciam  
appellantur, cæsariem ac barbu  
continuo radunt, contra receptu  
gentis morem, partim, ut dixi,  
regrinantur, partim in monte  
ac speluncis asperrimam vitam  
gunt, maxima vero pars eoru  
qui ad duos tresve milliones.  
Arithmetice loquar, accedunt  
fanorum cœnobiis degunt, a  
gnatisque jam olim proventibus  
eleemosynis sustentantur; tam fi  
sua quoque industria sibi victu  
parent. Hi sacrificuli & sunt &  
bentur vilissimi, simul ac totius  
gni vitiosissimi: omnes enim  
infirma plebecula trahunt ori  
nem; nam à puero Osciamis a  
quieribus in servos venditi, di  
puli è servis fiunt, & Magistris  
officio beneficioque succedunt  
quam illi rationem ad seipso p  
pagandos invenerunt: vix em  
uis

lus reperitur, qui sua se voluntatis, sanctioris vitæ studio ad impudicos illos cœnobitas adjungat. Imperitia quoque & illiberali luctione Magistris simillimi, & naturæ ad malum pronitas est, dies pejores evaduntur. ita ipsi neque politiores ritus, aut literas asquuntur, nisi forte nonnulli, sed per pauci, qui natura propensio-  
s in literas, non nihil propria fe-  
industria consequuntur. Vxori-  
us licet careant. in Venerem ta-  
men adeo proni sunt, ut à turpi  
mulierum consuetudine non nisi  
ravissimis pœnis arceri queant.

Osciamorum cœobia in varias  
tationes dividuntur, pro magnitu-  
ne singulorum. In singulis sta-  
tionibus unus est illius administra-  
tor perpetuus, cui sui discipuli, quos  
uisque sibi in servos coëmit, quot  
ult aut potest educare, hæredita-  
o jure succedunt. Superiorem in  
cœobiis nullum agnoscunt. In  
pro-

propria sibique designata statio  
quisque quot potest cellulas  
truit, id quidem toto regno,  
in aula maxime, eas deinde cel-  
las habitandas pretio quæstuc  
magno locant advenis, qui ad  
negotia convenient, unde fit,  
hæc cœnobia publica potius b  
spitia magno adventantium  
multu inquieta videantur, in q  
bus nihil minus quam idolorum  
cultus procuratur, aut nefaria  
etia explicatur.

Horum conditio, quantum  
vilis & abjecta, non impedit, q  
minus à multis ad exequias, ali  
que ritus nonnullos, quibus a  
mantia fera, volatilia vel terrestria  
vel etiam aquatica, libertate d  
nantur, lucelli alicujus facies  
gratia, evocentur. Ea quidā religio  
fiores hujus dogmatis sectarii vi  
coëmunt, ut ea denique in aëre  
campos, & aquas, libera dimittantur.  
arbitrati ea re se multū promere

H

His porro nostris temporibus,  
non parum hæc secta revixit, cui  
impla multa instaurata vel erecta;  
cultores fere sunt Eunuchi,  
eminæ & rude vulgus, præ om-  
bus vero quidam, qui se religio-  
res hujus dogmatis observato-  
s profitentur, quos *Ciaicum*, hoc  
, jejunatores dixeris, nam domi-  
e per universam vitam carne &  
scibus abstinent, & idolorum  
bam satis adhibitis precibus do-  
colunt, & ne usquam lucri spes-  
sit, in aliorum ædes præmio ad  
titandum invitati evocantur.

Ab hac cœnobiorum ratione  
minæ à viris separatæ, non ex-  
duntur, ex capillitum quoque  
lunt, & nuptias repudiant: has  
æ sua lingua *Nicu* appellant,  
ex etsi cum viris conferantur,  
alitudine longe superantur.

Venio nunc ad tertium profa-  
Religionis dogma, quod *Lau-*  
appellatur. A Philosopho quo-  
dam,

dam, qui eodem cum Confut  
tempore floruit, originem trax.  
Eum singunt annis 80. in paren  
alvo gestatum, priusquam naso  
retur, qua ex causa *Lauzu*, id est  
Philosophus senex appellatur. H  
dogmatis sui librum nullum re  
quit, nec videtur novum dogm  
instituere voluisse, sed eum exti  
ctum, sectarii quidam *Tausu* v  
cant, sectæ caput appellantur,  
varios libros è variis sectis & co  
mentis stylo pereleganti conci  
narunt. Degunt hi in suis quoq  
cœnobiis cœlibes, discipuloru  
emptores, æque abjecti, & i  
probi, ut ii, de quibus supra di  
mus. Capillum minime radunt,  
eundem instar laicorum nutriu  
hoc solo ab iis distincti, quod  
nodum, quo crinem in vertice co  
ligunt, pileolum ligneum gesta.  
Alii sunt etiam qui conjugio il  
gati, domi suæ religiosiorem  
etæ observationem profitent  
stat.

tatasque sibi preces aliisque reci-  
antes.

Afferunt isti, se inter reliqua  
panium deorum simulacra, cœli  
quoque Dominum venerari, sed  
corporeum illum, & cui indigna  
multa contigisse, ipsi etiam in suis  
bris, delirant, quæ deliria narra-  
em, nisi essent ab instituto meo  
aliena, sed tamen ex uno cætera  
icebit conjectare. Fabulantur cœli  
Regem, qui nunc regnat cognos-  
cere. *Ciam* appellari, nam qui  
prius imperabat, *Leu* dicebatur.  
Hic die quadam in terras venerat  
super candido Dracone obequi-  
ans. Eum *Ciam*, quem conjecto-  
rem fuisse dicunt, convivio exce-  
dit, interim vero dum *Leu* epula-  
batur, in candidum Draconem  
conscendit, à quo in cœlum eve-  
latus cœlestis regnum occupavit, &  
everti conantem *Leu* in perpe-  
tuum exclusit, sed tamen à novo  
cœli Rege impetravit, ut monti-

R            cui-

cuidam in hoc regno præsideret  
ubi eum vivere nunc asserunt anti-  
qua exutum dignitate. Atque it  
illi ipsi se regni alieni invasore  
ac tyrannum pro Deo venerant  
profitentur.

Præter hoc cœli Numen, tri-  
plex aliud effingunt, quorum u-  
num ipsum Lauzu sectæ caput fa-  
ciunt: atque ita hæ duæ sectæ ter-  
narium deorum suo quæque modo  
sibi fingunt, ut appareat ipsum fal-  
sitatis parentem, auctorem utrius-  
que, nondum ambitiosam de di-  
vina similitudine cupiditatem de-  
posuisse. Hæc etiam secta de præ-  
miorum ac pœnarum locis agit  
sed in loquendi modo discrepan-  
non parum à superioribus. Hæ-  
c enim suis paradisum spondent ex-  
anima simul & corpore constitutis  
& in suis templis quorundam effi-  
gies exponunt, quos hac ratione  
in cœlum evolasse fabulantur. Ad  
eam rem consequendam exerci-  
tatio

tiones quasdam præscribunt, posse in vario sedendi situ, certisque precationibus, imo etiam pharmaceutis, quibus spondent una cum orum divorum favore vitam possesse sectarios consequi immortalim in cœlis, aut ut minimum vim in mortali corpore longioram. Ex quibus facile sectæ vanitas, & delirantium improbitas colligitur.

Hujus sectæ sacrificiorum penitentiale munus est, dæmones immenses prectionibus è domibus pelle. Idque duobus modis tentare possunt; nam horrenda dæmoniorum monstra in flava papyro atraento delineata, domorum partibus affigenda tradunt, inde in inconditis clamoribus domos implent, ut ipsa dæmonia esse sentantur.

Aliud etiam sibi munus arroget, nam è sicco cælo imbres elicere, aut nimios continere, alia

R 2 quo-

quoque privata, & publica info-  
tunia se posse promittunt. Et quod in  
dem si quod spondent re ipsa pr.  
stant, haberent qui se decipi  
nunt, quo culpam elevarent ; sed tamquam per  
cum omnia impudentissimi in  
postores mentiantur, nescio quae  
homines non stupidi prætexerint  
possint aut causari. Et sane, nisi que Hac secunda  
narrant, omnia uno mendacii non cognosca-  
mine involvamus, videtur, ex aliis organis  
aliquos magicæ artis præstigias ad nos jure  
secutos.

In Regiis cœli ac terræ fanis  
sacrificuli resident, & regiis sacri-  
ciis adsunt, sive ea Rex ipse per  
sive per nominatos Magistratū  
exequatur, quare una non medi-  
crem auctoritatem adipiscuntur.  
Horum sacrificorum musicos co-  
centus ipsi ex omnibus instrume-  
tis apud Sinas receptis concinnari  
quæ si simul pulsentur, abs bona Europa  
auribus videntur. Evoca-  
tur etiam ad exequias, ad quæ si fo-  
preti

concretiosis induiti vestibus procedunt, tibias & alia musica instrumenta pulsantes, novas etiam ædes consecratur, & supplicantium hompam per vicos ducturi accer-  
tuntur. Has pompas communivisiæ sumptu vicorum capita certos temporibus instituunt.

Hæc seæta Prælatum agnoscit, cui cognomen est *Ciam*, quam dignitatem hæreditario in posteros jure à mille jam annis ad hæc usque tempora transmisit. Et videtur hæc dignitas originem traxisse à Mago quodam, qui in specunca quadam Quiamsinensis provinciæ degebat, in qua hodieque illius posteri degunt, & artis suæ ræstigias, si vera sunt quæ narrantur, in liberos derivant. Hic eorum Antistes maximam partem equini degit, & à Rege colitur. Nam ab eo in intimum palatum penetralia consecratus admittitur, si forte suspicio est, à mali-

R 3      gnis

gnis ea spiritibus infestari. Per unum  
bem patente sella gestatur, & rem Mag  
num apparatum præfert, que  
summi Magistratus solent, pr  
ventumque annum ab Rege op  
mum accipit. Verum e quoda  
Neophyto nostro accepi, horu  
teimporum Prælatos ita imperito  
esse, ut ne sacrilega quidein si  
carmina, ritusque norint. Ei  
porro velut Præsulis facultas in ple  
bem nulla est, sed in solos Taufu  
dogmatis ministellos, & in eorum  
cœnobia supremam exerceat pote  
statem. Ex his porro cœnobitis ple  
rique, ut longioris vitæ præcept  
consestantur, ita Alchimistic  
conflationibus insudant exempl  
Sanctorum suorum, quos ipsi art  
utriusque præcepta tradidisse com  
memorant.

Atque hæc sunt tria fere Gentil  
licæ superstitionis capita. Sed ne  
que in his humani generis vanita  
conquiescit, singuli enim fonte  
laben.

abentibus paulatim seculis, à frau-  
dum Magistris in tot mæandros  
plerivati sunt, ut sub triplici nomi-  
ne trecentæ mihi sectæ inter se dis-  
crepantes numerari posse videan-  
tur. Sed & hæ quotidianis incre-  
mentis augmentur, & in pejus ruunt,  
corruptioribus indies legibus, qui-  
bus inventores malorum vivendi  
sicutiam se laxare profitentur.

Hujus familiæ, quæ nunc im-  
perat caput, Humvus lege lata san-  
xit, uti tres illæ leges ad regni au-  
tium conservarentur, quod fecit,  
ut sectariorum omnium animos  
sibi conciliaret, sed ea tamen con-  
ditione, ut Literatorum dogma  
Reipublicæ administrationem ge-  
neret, ac cæteris præcesset. Hinc  
sit, ut nulla sectarum aliam extin-  
guere meditetur. Reges quidem  
singulas sectas colunt, & eas adhi-  
sent ad res suas cum opus est, sin-  
gularum templo sæpe instaurant,  
vetera & nova erigunt. Regiæ

R 4      vero

vero uxores in idolorum sectar  
• sunt omnino propensiōres, & i  
eorum ministros multas elemo  
synas conferunt, integraque alun  
cœnobia extra palatii fines, ut eo  
rum precibus adjuventur.

Vnum incredibile videri potest  
simulacrorum nempe in hoc re  
gno multitudo non in fanis solum  
visitur, quæ sæpe aliquot millia co  
lenda exponunt, sed privatis etiam  
in ædibus fere singulis, loco jan  
gentis more ad eam rem deputato  
in foro, in vicis, in naviis, pala  
tiisque publicis, hæc una abomi  
natio pene primo se spectandam  
offert. Et tamen omnino certum  
est per paucos esse, qui portentosi  
simulacrorum commentis fidem  
habeant, sed hoc solum sibi persua  
dent, ut si nihil ex hoc externo ido  
lorum cultu boni accipient, nihil  
sibi tamen inde mali posse pro  
venire.

Porro his temporibus sapienti  
sim

DE REG. CHINÆ. 265  
ni cujusque hæc est receptissima  
intentia ; tres has leges in unam  
alescere , ac simul omnes obser-  
vi posse ac debere. Quare non  
si se minus quam cæteros pertur-  
bitissime in fraudem inducunt, ar-  
rati has de Religione quæstio-  
nibus eo utilitati publicæ utiliores,  
eo plures fuerint de ea loquendi  
odi. Et ad extremum alia om-  
nia quam quæ speraverant conse-  
nuntur, dum enim tres illas leges  
simul omnes observare posse  
confidunt, ex leges esse reperiun-  
tr, cum nullam sincere perse-  
uantur; atque ita non pauci tan-  
tem suam ingenuæ irreligionem  
agnoscunt, & qui falsa credulitate  
ipsos fallunt, æque omnes ma-  
mam partem in errorum profun-  
dissimo Atheismo versantur.

R 5 CAP.

## C A P . XI.

*De Saracenis ac Iudeis, ac fidem  
demum Christianæ apud  
Sinas vestigiis.*

**S**uperiori capite Gentilicos Sinarum ritus ac sectas, genti propria etiam prias, aut jam pro propriis habitu etiam exposuimus; nunc de iis agamus quæ ab Sinis externæ & peregrinantur, quæ ab aliis ab eis habentur, aliquam vero unius veri Numinis notitiam habuerunt. De Saracenis primum, de Iuda deinde, ad extremum de veritate Christianæ vestigiis loquar, & quæcumque nō dem eo consilio, ut illatam hanc in nostro seculo in Sinas Euangeli regnum lucem cum antiquitatis serie sequentibus libris nulla deinceps intermissione conjungam.

In Sinarum regnum ab Occidente per pie è Perside, quo nomine Mogores & alia regna, quæ Persicum idiomate ma callent, comprehendo, multo permis variis temporibus Mahometana impie

opietatis sectatores penetrarunt.  
quidem eo maxime tempore,  
Tartari Sinis imperitabant,  
magno numero videntur irrupisse,  
enim advenis ab ea parte li-  
er erat in hæc regna ingressus.  
quin etiam ad hanc usque diem  
otannis pauci Legationem è  
perside mentiti negotiatores com-  
eant, & ex iis aliqui semper aliis  
se Saracenis clam aggregant,  
anquam magna cura Magistra-  
um omnes in patriam remittun-  
r. Sed de his infra latius, cum de  
nostra Societate peregrin-  
tione in Catayum, id est, Sina-  
regnum, agendi erit locus.

His igitur Saracenis qualibet  
ndem via advenerint (externi  
m sunt omnes, exceptis omni-  
perpaucis) plena hodie sunt om-  
a: nam liberorum serie in eam  
ultitudinem excreverunt, ut ho-  
e permulta familiarum millia  
merentur in singulas fere pro-  
vincias

vincias & primarias quasque urb  
dispersa. In his templa sua habe  
magno sumptu extructa , in qu  
bus preces statas recitant, libe  
circumcidunt, & alios ritus su  
peragunt. Sed, quod quidem ha  
ctenus scire potuimus, neque su  
ineptias evulgant, aut evulgare I  
borant, sed vivunt omnino quo  
cætera Sinicis legibus, nisi que  
porcina abstinent, & suorum do  
matum sunt etiam non parum in  
periti, & ab Sinis fere contemn  
tur. Nunc tamen pro indigenis ha  
bentur, nec sinistram de iis susp  
cipiunt. Imò ad literarum studia  
gradus publicos etiam Magistratu  
nullo discrimine admittuntur. E  
iis autem plurimi si Sinensium I  
terarum gradū assequuntur, etia  
legem avitam deserunt, nec de e  
quicquam retinent præter suill  
carnis abstinentiam, à qua natura  
abhorrent potius, quam religioni  
intuitu abstinent.

Ann.

Annis quoque superioribus Iu-  
eam etiam fæcem in hæc regna  
influxisse deprehendimus, id ma-  
me constitit ex eo quod nunc  
narraturus. Cum jam Societas  
ostra annis aliquot in Pequinensi  
gegia sedem fixisset, ut infra suo  
eo narrabitur, Iudeus quidam  
atione & professione ad P. Mat-  
tæum Ricciū visitandum venit,  
cum illius permotus, de quo ac  
eliquis sociis multa legerat in li-  
bro quodam de rebus Europæis à  
quinensi quodam Doctore conscri-  
to. Is in Provincia Honan, in ejus  
metropoli Chaifamfu natus Ngai  
ognomento dicebatur, & jam in  
scentiatorum ordinem adscriptus  
solita Doctoratus examina Pe-  
quinum advolarat. Iudeus igitur  
uoniam eo in libro legerat, no-  
stros minime esse Saracenos, &  
liud nullum Numen nosse, præ-  
ter cœli terræque Dominum, ni-  
l omnino dubitavit, nostros esse  
legis

legis Mosaicæ professores. Ingressus igitur ædes nostras alacri vultus legem cum nostris unam pronuntiavit posteriori ajebat. Et sane naribus, & octodecim lisis, & reliquis oris lineamentis, exinde alternam speciem Sinis absimiles erant. In omnino præferebat.

Ergo eum P. Matthæus Riccius in ædem sacram deducit. In altari exposita erat effigies Deiparæ pueruli Iesu, quem S. Ioannes Præcursor flexis genibus adorabat. Erat enim is dies D. Ioanni Baptistæ sacratus. Et quoniam Iudæus nihil omnino de nostra professione ambiegat, nihil dubitavit eam esse Regem beccæ effigiem, puerulos vero Iacob & Esau, & ita supplex imaginem est veneratus, præfatus primum se imaginem nullam venerari solere, sed hos tamen se gentis suæ parentes non posse non honorare. Ex utroque aræ latere quatuor Euangeli scriptorum effigies expositæ erant, scilicet ergo Iudæus,

is, essentne hi quatuor è duorum ejus filiis, qui in ara viseban-  
t; annuit Pater, arbitratus eum  
duodecim Apostolis loqui, alter  
m de altero, id quod non erat,  
ariebat. Inde hominem in cu-  
mulum seductum interrogare  
bit accuratius, quis esset, & pau-  
lum intelligere cœpit antiquæ le-  
tissime professorem. Ipse porro  
ræi nomen ignorabat, sed se ta-  
bant Israëlitam esse fatebatur. Un-  
conjicere licet decem tribuum  
versionem in Orientis extremos  
penetrasse. Regia deinde Bi-  
h. Plantinianis typis excusa vi-  
& ut aperuit, Hebræos chara-  
cteres agnovit, tametsi eos legere  
poterat.

Ex hoc audierunt nostri, in ea  
dixi metropoli decem duo-  
timve Israëlitarum esse fami-  
& Synagogam perelegantem,  
nuper decem aureorum mil-  
us instaurarant. In ea se quin-  
que

que libros Moysis , videlicet Pentateuchum, voluminibus involutis ob magna veneratione annos quingentos aut sexcentos afferuntur. Asserebat etiam in Chequia provinciæ Metropoli Hamchagam nomine longe plures esse cum quoque Synagoga , familias alibi quoque non paucos , sed Synagoga degere , eo quod paucim extinguantur.

Multas ille ex veteri Instrumento narrabat historias quales de Iacobis brahamo , Juditha , Mardochaeo Hestere narrantur , sed in efferebantur. Tres nominibus à nostris sono non parum differebat , ac fortasse prius ad antiquitatem accedebat Hierusalem enim Hierusoloim , quem Messiam vocamus , ille Mysciam appellabat. Asserebat a quos inter suos contribules Hebreos sermonis esse non imperitos , inter eos fratrem suum , se verius alle quoniam à puero literis Sinensibus in-

isudarat, id studii genus neglexisse, nec obscure significabat, se ex quo quod Sinensia studiosius amplecteretur, Literatorum instituta, ab Ichisynagogo suorum cœribus dignum prope judicatum, de quo nihil admodum laborabat, si octoratus gradum adipisceretur, hoc enim ipsum etiam Saraceni concipiunt, neque enim tum sectæ ræfalem verentur.

Idem de Christianorum quoque liquiis Patrem certiorem fecit, quo mox: nunc solum de Iudeis. Triennio ergo post, neque nim citius licuit, P. Matthæus Riccius unum è nostris Fratribus, Siam natione, in eam metropolim misit, ut investigaret, quam vera traëlita ille retulisset, ac de Iudæis idem omnia reperit, ut dixerat. Inscribi etiam sibi fecit initia literorum, & fines quos in sua synagoga asservabant; hæc deinde in Pentateucho nostro contuli-

S        mus,

mus, & eadem esse reperimus, &  
eosdem characteres, nisi quod an-  
tiquo more punctis carerent. Pe-  
cundem Fratrem nostrum P. Mat-  
thæus Riccius literas ad Archify-  
nagogum Sinice scriptas transmi-  
serat, quibus asserebat se Pequin  
omnes omnino veteris Instrumen-  
ti libros domi habere, sed & novi  
Testamenti codices, qui res à Me-  
ssia gestas continebant, eum enim  
jam advenisse affirmabat. Hic in-  
stitutus Archisynagogus asserens  
Messiam post decem annorum  
millia non ante venturum. Iden-  
tes rescripsit quoniam de ejus virtutis  
multa famæ testimonio inauditi  
sent, si à suilla abstinere vellet, &  
ad se migrare, se illi Archisynagogus  
dignitatem delatuos.

Postinodum alii tres ex eadem  
civitate Iudæi Pequinum vene-  
runt, ita ad Christi fidem suscipien-  
dam comparati, ut si per negocia  
dies ibi paucos subsistere licuisset  
bapti-

aptisimo initiari potuisse videretur. Ex his unus erat prioris ex fratre nepos, hos Patres nostri perhunc exceptos multa docuerunt, uæ ipsi etiam eorum Rabbini ignorabant. Et de adventu Messiaæ docti, ejus effigiem, in ara expositam, singuli adorarunt, quo ritu olet ab ipsis Christianis fieri. Doctrinæ Christianæ compendium, & alios de nostræ fidei rebus libros Sinice loquentes à nostris accepterant, & ad suos detulerunt. Ili tres de sua lege multa querentur, eam ad interitum vergere atrii jam sermonis ignorantia, & revi se futuros omnes aut Saracenos aut Ethnicos. Dicebant Archimagogum illum jam ætatis vitio periisse, filium hæreditario jure parenti suffectum juvenem, & suæ gis esse omnino imperitum. Querebantur etiam turpe fibi viari in pereleganti templo nullam imaginem habere, sed neque

S 2 domi

domi in privatis oratoriis, quod si Christi Servatoris effigiem sui, in suo templo conspexisset, eos magnopere ad Religionis studium incensum iri. Maxime vero querabantur interdici sibi ejus animalis csum, quod ipsi sua manu minime maestassent, id si in hoc itinere observassent, jam fame illos perituros fuisse. Infantes etiam octavo die circumcidere, videri uxoribus suis Ethnicisque propinquis institutum esse barbarum & crudele, quod si per legem nostram omittere liceret, facile se eam suscepuros, nec admodum in suillæ carnis abstinentia pugnaturos. Atque hæc fere sunt quæ de Iudæis hactenus explorata comperimus.

Nunc ad Christianæ veritatis reliquias colligendas, & persequenda vestigia eo me libentius accingo, quod id Europæis nostris scic fore gratissimum. Ex eodem Iudæo, aliisque indiciis, id annis superio-

terioribus accepimus. Cum jam  
perire P. Matthæo Riccio consti-  
vit Licentiatum illum Sinensem  
esse legis antiquæ professorem, ad  
iliquid apertius quam quod cate-  
nus habebamus, rei Christianæ  
vestigium deprehendendum ani-  
num applicuit. Et quidem quam-  
diu hoc eos nomine appellavit,  
probabilis affecutus est, sed paulatim va-  
riariis eos legis dogmatis describens,  
qui de Cruce sermonem miscuit,  
quod maxime optabat, est affec-  
tus. Apud Sinas Crucis nullus est  
nomen, & ideo neque nomen, quam  
ob rem nostri nomen illi Sinicum  
composuerunt, illud à charætere,  
qui denarium numerum significat,  
& perfectam Crucem hoc signo  
exprimit, mutuati. Et for-  
tasse non sine Numine accidit, ut  
dem hodie nostri Crucis nomen  
imponerent, quod veteres olim  
apud Sinas eadem sermonis penu-  
ria compulsi jam ante indiderant.

S 3 VRI-

Vtrique enim *Scie-cu*, id est, de-  
narii numeri characterem appella-  
runt: nec in eo sacrarum litera-  
rum exemplo, à quibus litera T,  
designatur, discesserunt, perfectio-  
rem etiam Crucis figuram mu-  
tuati.

Cum igitur de Cruce hoc no-  
mine appellata sermo illatus esset,  
Israëlite ille narravit, in metropoli  
**Caifumfu** ejus patria, & in alio  
emporio celeberrimo Lincino no-  
mine Provinciæ Sciantum, & in  
Sciansi provincia externos quos-  
dam vivere, quorum majores è re-  
gnis externis advenerant, eos esse  
Crucis adoratores, eamque solere  
in cibo potuque digito exprimere,  
sed neque se neque illos arbitrati  
scire, cur eum ritum adhibeant.  
Hoc Israëlitæ testimonium cum  
eo consentiebat, quod jam diu ex  
variis Patres audierant de eodem  
Crucis exprimendæ ritu variis in  
locis usurpato. Imo infantibus in  
fronte

conte characterem eundem salutaris signi atramento exprimi contra puerilia infortunia. Cum his quoq; consentit id quod Hieronymus Rusellus in commentariis ad Cosmographiam Ptolomæi, cum de Sinis loquitur, annotaverat. Et quoniam de Cruce apud Sinas aginus, omitti minime debet aliud jus vestigium. Vedit unus è nostris patribus in antiquarii manibus valem nolam ex ære campano eleganter, in cuius apice sacra ædicula insculpta erat, & ex adverso ædiculæ Crux, in circuitu vero Græci aliquot characteres. Comparare sibi eam voluit qui vidit, sed in pretio minime conventum, nec inquam postea ad exscribendos illos characteres antiquarius ille comparvit.

Addebat idem ille Israëlita, illos ipsos Crucis adoratores doctrinæ partem, quam ipsi precationum modo recitabant, è suis ipsorum li-

bris desumere , & utriusque esse pro  
communem , fortasse Davidicun  
Psalterium intelligebat. Hos asse  
rebat fuisse permultos in Aquilo  
naribus maxime provinciis , & li  
teris , armisque ita floruisse , ut su  
spicionem Sitis natura facillimi  
rerum novarum fecerint. Eam su  
spicionem arbitrabatur ab Sarace  
nis Christiani dominis hostibu  
toto terrarum orbe acerrimis ex  
citatam , ante annos non amplius  
sexaginta. Ea suspicio eo pervenit  
ut cum ab Magistratibus manus  
injici sibi timerent , omnes hac illa  
diffugere , & alii se Saracenos , ali  
Iudeos , plerique idolorum culto  
res mortis metu professi sunt , eo  
rum templa in idolorum fana  
commutata sunt. Et templum qui  
dem Crucis apud suos , ipse suo no  
mine quo nunc ex quo fanum est  
dicitur , appellabat. Ex eo tempore  
tanto sunt metu consternati , ut ni  
hil magis occultent , quam se ex ea  
gente

ante prognatos. Vnde factum  
ut cum Frater noster eo se con-  
disset ad Christianorum reliquias  
plorandas , & familiarum no-  
mina ab Iudeo commemorata se-  
m deferret, nemo ex iis fuerit,  
i se talem profiteretur, ideo for-  
esse, quod Frater noster ex vultu  
na esse nosceretur, & suspicaren-  
t, fortasse eum exploratorem  
se ab Magistratibus transmissum;  
c haec tenus per nostrorum pau-  
ritatem Europæus eo Sacerdos  
aperti potuit, quanquam opus erit  
otium ibi sedē figere ad vanos  
eximendos, quod aliquando  
eo bene volente præstabitur.

Has tres Barbarorum sectas, ut  
appellant, uno nomine con-  
didunt , earumque Sectatores  
*Hœi* vocant, cuius nominis  
etymologiam haec tenus ignora-  
mus. Peritiores tamen eos hac ra-  
zine distinguunt : Saracenos vo-  
cant *Hœi* suillæ carnis abstinen-  
tes,

S 5      tes,

tes, Iudæos *Hœi*, qui etiam nerva  
à mensis excludunt, hunc enim  
hodieque observant ritum à pe-  
cuso femoris Israëli nervo in ge-  
tem introducto. Crucis vero ad-  
ratores *Hœi* vocant, qui anima-  
bus ungulæ rotundæ vesci ref-  
giunt. Nam cum & Sinæ omni-  
ac Saraceni Iudæique equos, m-  
los, asinosque à mensis minime re-  
moveant, ipsi fortasse gentis suæ  
consuetudine ab iis vescendis a-  
horrebant. Asserebat etiam alii  
eos nominibus appellari. Na-  
etiam Sinæ eos *Hœi* vocant Cruci-  
cis cultores. Saracenos vero non  
Sinæ solum, sed etiam Iudæi *Ha*-  
vocant trium legum professore  
pro eo quod è Iudæis, Christianis  
Ethnicisque farraginem compre-  
gerunt. Saraceni porro Cru-  
adoratores præter vulgare gen-  
vocabulum, quo Christianos or-  
nes *Isai*, id est, Iesuinos vocant  
etiam in hoc regno antiquos illi-

Crucis

oucis professores *Terzai* appellant, cuius appellationis causam  
scio, nisi quod ex Armenio quo-  
m audivi, Armenios Christianos  
Perside eodem nomine nuncu-  
ri. Vnde fortasse conjicere licet  
os Crucis veneratores ex Arme-  
n originem traxisse, & ab Occa-  
n variis fortasse temporibus, &  
n maxime cum Tartari magnis  
ercitibus in Sinarum regnum ir-  
bissent penetrasse, quo etiam  
mpore Marcum Paulum Vene-  
n constat huc pervenisse.

Hæc maxime sunt quæ ex ipso  
tarum regno vestigia deprehen-  
mus, sed tamen rei Christianæ  
his regnis originem altius etiam  
ierre possumus ex iis, quæ ex oræ  
alabaricæ codicibus Chaldæis  
iligi curavimus, quam oram D.  
omæ Apostoli opera Christo  
unctam clarius est quam ut in  
dium etiam à pertinacibus re-  
cari possit. In iis ergo codicibus  
legi-

legimus clarissime ab eodem Ap<sup>osto</sup> stolo Christi fidem in Sinas i<sup>n</sup> Etiam, & plures eo in regno Ecc<sup>lesie</sup> sias constitutas. Et ne cui res tamur<sup>sunt</sup> dubia fortasse videatur, testimo<sup>n</sup> ipsorum codicum è Chaldæo verbum Latine redditum hic adscitum. Per D. Ibam, quæ P. Ioannes Maria Capponi è nostra Societate ejus vini Spiritum cultor annos jam plures, & sermonem acceptam Chaldæi bene peritus, jussu R<sup>egis</sup> Dei, P<sup>ro</sup>verendissimi Archiepiscopi Pat<sup>riarchi</sup> Francisci Roitz, ejusdem Ecclesiæ Pastoris, è nostra Societate translatum labori studiis ad Sinas rogatu transcriptum, ut in hos cor<sup>D</sup>mentarios insererunt, ne quan<sup>d</sup>ibet periret tam insigne antiquitatem Insulae monumentum. Id igitur ita menia G<sup>raecorum</sup> habet.

In Breviario Chaldæo Ecclesiæ Malabaricæ D. Thomæ, vocato<sup>m</sup> Gaza, id est, thesaurus, in officio summi D. Thomæ Apostoli in secundo dalmatice nocturno in una lectionum sic hanc cap*it* bet

ur ad verbum: Per D. Thomam  
nuit error idololatriæ ab Indis.

D. Thomam Sina & Aethiops  
versi sunt ad veritatem. Per  
Thomam Baptismi Sacramen-  
to acceperunt & filiorum adoptio-  
nem. Per D. Thomam crediderunt  
confessi sunt Patrem, & Filium,  
Spiritum sanctum. Per D. Tho-  
mam acceptam servaverunt fidem  
Iesus Christus Dei. Per D. Thomam doctri-  
na vivifica & splendores orti sunt uni-  
versales Indiae. Per D. Thomam re-  
m cœlorum volavit & ascen-  
did ad Sinas.

Deinde in quadam Antiphona  
genabetur: Indi, Sina, Persa, &  
Iaponi Insulani, & qui in Syria,  
Armenia, Gracia, & Romania, in  
memoratione D. Thomæ offe-  
runt adorationem nomini tuo  
sicuto.

In summa vero Canonum Sy-  
nodalium parte secunda sermone  
in capite decimo nono de ca-  
noni-

286 NIC. TRIGAVT.  
nonibus constitutis super Episcopos & Metropolitanos simul laetetur Canon Theodosii Patriarchæ in hæc verba:

Hæ sex sedes capita Provinciarum & Metropolitæ videlicet Elam, Nzivin, Prath, Assur, Ithgarmi, & Halah, qui digni habentur. Eadem. Eoda biti sunt, ut ordinationi Patriarchæ prædicti interveniant, nec absunt ut a quarto quoque anno apud Patriarcham convenient. Sic etiam Episcopi magna Provinciae, nimirus reliqui Metropolitæ, Chinae, Indiae, Pases, Mauzaorum, Xam, Razquaorum, Herione (hæc est Cambaya) & Smarcandia (hæc est Magor) qui longissime absunt, nec usque in stissimi montes & turbulentissimæ maria permittunt eis transitum libitum, mitant literas consensionis (id est, communionis) ad Patriarcham semel sexto quoque annis. Quando vero Lusitani Coccinæ appulerunt, regebat hæc Ecclesia Mal.

alabaricorum montium D. Iacobus, qui sic scribebat, *Metropola Indiae & Chinae*, ut constat iam ex ejusdem manuscripto no-  
Testamenti codice, ubi in calce  
habetur: *Scripsit hunc librum  
Iacobus Metropolita Indiae &  
Chinae.* Eodem modo D. Ioseph  
post prædictum D. Iacobum, qui  
omnæ diem obiit, sic subscribe-  
rit: *D. Ioseph Metropolita totius  
Indiae & Chinae.* Et hic est antiquis-  
mus titulus Episcoporum hujus  
ecclesiæ.

Atque hæc pro instituta brevi-  
te sint de universo regno satis,  
nonc integrum his de rebus vo-  
lumen, quod Deo volente aliquan-  
to fiet, evulgetur.

ADDI-



## ADDITAMENTV

è Purchasio Anglo.

**M**Appam arte Sinensi, est satis ruditer, in planis expressam, & à Sinen bus ipsis acceptam, Purchasius (additis tantum gradibus latitudinis & longitudinis secundum traditionem Patrum Societatis) deliter exprimendam curavit: qua hæ provinciæ designantur: Aquilonem & limitem Tartari Pequin inter trigesimum quintum & quadragesimum quintum gradum, Ei versus occidentem proxima Sciansi & Sciensi: Rursus ad hunc ortu sub Pequin Sciantum & proxima ad occidentem Honam Mox Nanquin, Chequian, Fuchian omnes ad ortum: eis proxima Chiansi & Canton è regione Macau.

Macao. Tum *Huquam & Coansi*  
d mare denique *Quicheu, Su-*  
*cuen & Iunan.* quarum *Quicheu*  
e *Iunan* extremę sunt versus occi-  
entem, de altitudine aut longitu-  
dine nihil dicendum; quia è ratio-  
nibus Patrum societatis sunt ex-  
pressa. Ita ut hic habeamus pro-  
vincias ipsius Imperii omnino xv id  
est, *Pequin, Sciansi, Sciensi, Scian-*  
*sum, Honan, Nanquin, Chequiam,*  
*Kiuchian, Chiansi, Canton, Hu-*  
*quam, Coansi, Quicheu, Suscuen*  
*& Iunan.*

Idem Purchasius nobis dedit  
provinciarum indicem è commen-  
tariis Thomæ Candishij expressum  
quem hic inserere haud abs re fue-  
nit: enumerat autem septemde-  
cim hoc ordine.

i. *Cansas* ( quam opinatur esse  
*Sciansi) habet quatuor magnas ci-*  
*uitates & viginti minores, & se-*  
*tem supra septuaginta municipia*  
*ave castella; habetque in longitu-*

T dinem

290 Nic. TRIGAVT.

dinem quinque & quinquaginta  
millaria (qui tamen numerus du-  
bius est) 362000 domos magna-  
tum qui Regi tributum pendunt  
13900 milites, & 47000 regio-  
equos.

2. Ingens civitas Paquin, Regi  
Sedes, habet sibi subiectas civitatem  
majores octo, minores octodecim  
octodecim supra centum municipia  
& castella: 418789 domos ma-  
gnatum vectigales Regi: Equites  
ad bellum 258100, civitas hæc si-  
est ad latitudinem quinquaginta  
graduum, ita ut hic frigeat uti  
Belgio. Verum Patres societas  
aliam latitudinem tradunt, quibus  
magis proclive est credere.

3. Provincia Soyohin habet ma-  
iores civitates Septem, minores se-  
decim, municipia & castella due  
decim, & maximam civitatem  
unam, ad quam plurimi accurrit  
ut pugnant cum Tartaris: præmo-  
terea 164118 domos Vectigales  
9600

96000 milites. Hæc forte fuerit  
quæ in Mappa dicitur *Sciensi*, est  
enim Tartaris proxima.

4. Provincia *Santo* (forte *Scian-*  
*cum*) habet majores civitates sex,  
minores quatuordecim, municipia &  
castella nonnaginta : patet in lon-  
gitudinem milliaria 82. ha-  
betque 77555 domos vestigales:  
63808 equites, 31000 pedites, ad  
bellum paratos.

5. Provincia *Oyman* (Mappæ *Ho-*  
*man*) habet majores civitates sep-  
tem, minores quatuordecim, mu-  
nicipia & castella 90. patet in lon-  
gitudinem milliaria 470 (sed er-  
rorem hic esse oportet) præterea  
sunt in ea 132958 domus vestiga-  
les; 82800 milites. In hac provin-  
cia nascitur æs, argentum vivum,  
& plumbum nigrum.

7. Provincia *Cutcheu* aut *Quiches*  
habet majores civitates octo, mi-  
nores duodecim, municipia, in  
quibus arma parantur adversus Iu-

T 2 dæos

292 NIC. TRIGAVT.

deos habitantes ultra *Cauchinchinam* octuaginta & tria : patet in latitudinem millaria centum ; habetque 31920 tam equites quam pedites stipendiarios : & 405670 domos tributarias : è quibus stipendia militum procedunt.

7. Provincia *Languin* habet maiores civitates quatuordecim, minores septemdecim : municipia & castella nonaginta quinque : 962818 domus tributarias: 208900 stipendiarios quorum 52500 sunt tartari equites, qui sinensibus militant. patet in longitudinem millaria 120.

8. Provincia *Vquam* (mappæ *Hu-quam*) habet maiores civitates quatuordecim, minores novemdecim municipia & castella centum quinquaginta ; 5316 domos tributarias : 71600 milites : patetque in latitudinem millaria 210.

9. Provincia *Som* habet maiores civitates septem, minores undecim,

cim, municipia & castella quinque  
supra centum: 139567 domos tri-  
butarias; milites 345632. patetque  
in latitudinem ducenta miliaria.

10. Provincia *Effiram* habet ma-  
iores civitates undecim, minores  
septuaginta quinque, municipia &  
castella octuaginta, domos tribu-  
arias 242135; milites 339000. pa-  
etque in latitudinem 440. millia-  
ria. vereor ne hic quoque numeri  
fallant.

11. Lacus infra *Siam* & ante *Cham-*  
*a* situs, qui que jungitur Lappia-  
nis, è quo omnes aquæ derivantur  
quæ Sinense Regnum permeant,  
nagnopere à sinensibus prædica-  
tur, ita ut illum Orbis nomine in-  
digent, & ei appingant mare, Lu-  
nam & stellas.

12. Provincia *Lansay* habet civita-  
tes tredecim & unam metropolin,  
septuaginta & tria municipia &  
castella: 139362 domos tributa-  
rias, 12700 milites, patetque

T 3 in

294 NIC. TRIGAVT.  
in latitudinem 260 milliaria.

13. Provincia *Cuansa* habet maiores civitates duodecim, minores 45 municipia & castella 51, domos tributarias 1306390 ; equites perditesque 100100 : patetque in latitudinem 260 milliaria.

14. Provincia *Vanam* habet majores civitates quatuordecim, minores triginta & sex, municipia & castella triginta quatuor, domos tributarias 582296 ; milites 15100 : patet 88 milliaria.

15. Provincia *Fuguien* (Mappa *Fuchian*) habet majores civitates octo, unam metropolin, municipia & castella quinquaginta quatuor, præterea duo magna praediaria oppida aduersus Iaponenum impetus; 5009532 domus tributarias ; 400322 stipendiarios.

16. Provincia *Canton* habet majores civitates quadraginta, minores septem, municipia & castella 77 & Civitatem cui sunt quadringen-

e naves ad præsidium Canchinchiæ, 483383 domos tributarias, milites 39400. patet in latitudinem 8 milliaria.

7. Provincia Enam habet majores civitates septem, minores tredecim, municipia nonaginta: 589296 domos tributarias: 15000 milites: patet in latitudinem milliaria 88. Urbe est Hainan vel Ainan quia subjungitur Canton.

Mendoza paulo aliter nominat provinciarum & numerum civitatum & oppidorum recenset. Paraguaia, Foquiem, Olam, Sinsay, Sisuan, Tolanchia, Cansay, Oquiam, Aucheo, Honan, Xanton, Quicheu, Chequeau, Susuan & Saxy; quarum decem sint maritimæ: in omnibus autem numerat Civitates 591 quæ Fu agnominantur & 1595 oppida quæ Cheu.


In dialogo Macao anno 1590 à Lusitanis impresso Sex provinciæ maritimæ numerantur, Coantum,

T 4      Foquien,

Foquien, Chequiam, Nanquin  
Xantum, Paquin: mediterranea  
novem. Quiansi, Huquam, Ho  
nam, Xiensi, Xansi, Suchuon  
Quiechen, Iunan, Coansi. Sed om  
nis, hæc diversitas nascitur aut al  
ignorantia, aut varietate dialecto  
rum & pronunciandi difficultate.

Dedit idem Purchasius ex accu  
ratissimis Sinensium picturis Ico  
nes viri atque fœminæ Sinensis  
quas hic subjungimus.

Quia





Quia Trigautius quadam in præcedenti libro obiter perstrinxit; pauca quæ ad Sinensis Regni cognitionem pleniorem necessaria sunt, è sequentibus illius libris selegimus & præsertim ea quæ ad Chorographiam spectant.

Situs Vrbis regia Pequinensis è lib. iv cap. iii.

Ita est Regia hæc urbs in extre-  
mo regno ad Boream, nec ab-  
sist à nobilibus illis contra Tartaros  
murus, nisi centum miliaribus. ma-  
gnitudine & vicorum compositio-  
ne, ædificiorum mole, munitione,  
quibusque à Nanchino superatur  
quidem, sed vicissim superat inco-  
marum multitudine, militum ac  
Magistratum numero. ad Au-  
strum duobus muris cingitur, al-  
lis ac fortibus, quorum ea est lati-  
tudo, ut facile currentes equos  
duo-

300 NIC. TRIGAVT.

duodecim simul capere possit, ne  
alter ab altero impediatur. con-  
stant illi ex opere lateritio, ni-  
quod in pede saxis ingentibus to-  
murorum moles insistit, mediis i-  
mœnibus pro latere confecta  
terram injecerunt, & altitudin-  
quidem non parum superant eo  
quibus Europææ urbes assurgun-  
ad Boream uno non amplius mu-  
ro ambitus continetur. In his mœ-  
nibus nocturnis horis à militur  
turmis, non minus vigilatur, ac  
omnia bello arderent: diurnis a-  
portas Eunuchi excubant, aut ex-  
cubare se dicunt. nam revera ve-  
ctigalibus exigendis incumbunt  
quod aliis in urbibus fieri nequa-  
quam solet.

Regium Palatum, intra inter-  
iorem Australis Regionis murum  
consurgit, pene pro urbis portis  
& inde in Borealem usque murum  
excurrit. unde videri potest uni-  
versam urbem occupare. nam re-

liqua

qua civitas ex utroque Palatii late diffunditur. angustius est alianto Palatio Nanchinensi, sed angustias amoenitate ac splendore impensat. Nanchinense quippe absentia Regum, instar cada-ris anima destituti indies corripitur: Pechinense vero ex eo- m præsentia magis magisque ornatur.

Vrbis vici Pechini perpaucilatibus aut silice strati sunt. unde vitari potest, quo maxime temere molestior sit incessus. nam tems lutum, æstas pulverem, cumque molestissimum ince- ntes æque fatigat, & quoniam a Provincia pluit infreueenter, a in pulverem terra dissolvitur, si ventus licet non maximus utiat, nullus domi locus est, quo n ille penetreret omnia fœdatu- ex hoc incommodo remedium erentes, morem invexerunt ei, ut arbitror, insolentem. nul-

Ius est enim è quolibet ordine, q  
pedibus aut equo incedat sine ve  
è pileo ad pectus usque pendent  
& faciem contegente, quod i  
comparatum est; uti raritate s  
ab oculis penetretur, non tam  
à pulvere; id quoque velum ali  
habet in ea urbe percommodur  
quod non nisi quando voluer  
agnoscatis. unde ab innumeris  
lulationibus liber, quo quisque v  
luerit apparatu molestiam minu  
ac sumptibus parcit. cum eni  
apud Sinas intra urbes equitare n  
nus magnificum habeatur, & se  
gestatoria vehi, sit satis in ea ur  
sumptuosum; licet sine nota n  
nuere apparatum. ea quoque co  
suetudo nostris cecidit opportu  
nam inter bellicos tumultus, e  
ternos homines per vicos cursa  
fuisset importunum. ergo hac  
consuetudine, nemine adverten  
libere quo res exigebat velo te  
commeabant. Vix alibi famil

us est, luto ac pulvere necessita-  
m inducente, equo vel aliis etiam  
mentis insidere, quæ passim in  
iniis portisque urbis ac Palatii  
ontibus ac fornicibus frequentio-  
bus sessores præstolantur, & pau-  
s obolis diem totum sessorem  
um vehunt. Et quoniam incre-  
bilis est urbis frequentia, mulio-  
s plerumque jumenta fræno cir-  
mducunt, & viam aperiunt; ii  
oque peritissimi sunt vicorum,  
c fere est quisquam è Primori-  
s, cuius ædes ipsi minime no-  
nt, & prostat etiam commenta-  
s, in quem urbis regionum, vi-  
rum, platearum, nomina om-  
ni referuntur fidelissime, nec  
uos solum, sed sellas ubique ge-  
ctorias ac bajulos reperis, qui  
agistratum salutatores ac reli-  
os viros fere primarios gestare  
stiunt, quanquam pretii plus sa-  
exigunt, quam Nanchini aut  
ibi consuevit.

Vrbs

Vrbs abundat rebus, ut super  
dixi, omnibus, sed fere importati  
nec in hac urbe ita commode v  
itetur, nisi ab iis quos copia frugal  
ter vivere minime cogit. ligna t  
men in focum maxime desunt, se  
eam rem compensat bitumen i  
lud (nec enim aptius nomen i  
venio) è terræ visceribus effossu  
quale apud Eburones in Belgia  
& alibi videmus, quo incenso  
culinam focus extruitur, imo &  
hybernis frigoribus, quæ asperio  
sunt, quam ipsa poli vicinitas p  
stulat, commodissimæ lignoru  
penuriæ, illius copia subven  
tur. unde fere solent lectos ope  
lateritio ita construere, ut sub  
tus inanes secretis fistulis calore  
admittant, quo è foco novo hypo  
caustorum genere subtus lect  
aspirat, & quidem nihil opus e  
totam noctem ignem illum fou  
re, diutissime quidem persevera  
Et ea lectorum ratio per om

Bore

Borealis Provinciarum Regiones observantur.

Sinæ Boreales, natura hebetiores aliquanto & minus acuti Australibus, sed militari virtute longe superant. ita nostrorum in hanc urbem Regiam adventu constare genique certo cœpit, quod jam iu opinati fuerant, hoc regnum illud ipsum esse, quod *magnus Cattium*, apud aliquos Auctores appellatur, & hanc urbem Pechinensem Regiam esse illius, quem *magnum Can* vocant, qui nunc est ex Sinarum. quæ urbs ab iisdem *Cambalu* nominatur. Id ne cui incredibile videatur, probare nunc aggredior. Ac primum quidem indicium, quo in ejus rei conjecturam diu incideramus, ex eo collectum est, quod illi ipsi Auctores, cui de hoc vastissimo Regno Cato aliisque Sinarum Provinciis scripserunt, asserebant illud ad hanc mundi plagam Persicis Re-

V gnis

gnis ad Orientem adjacere, (& Pe-  
fidem quidem latius nunc exten-  
do, quam ea, quæ nunc Persid  
nomine insignitur. eas enim om-  
nes Regiones complector loco-  
rum immanitate vastissimas, quæ  
in Asia ad Sinenses usque termino  
Persicū sermonem admittunt,) a  
Austrum vero à Tartaris videri. E-  
quoniam in Sinarum regno fre-  
quenti inquisitione nihil de va-  
stissimo regno audiebamus, fieri  
nobis minime posse videbatur, u-  
res tanti momenti à vicinis omni-  
no regnis ignoraretur, & è maxi-  
mo imperio nullam neque belli  
neque commercii memoriam pe-  
tot sacula reperiri. De hoc eoden-  
Cataio legebamus, illud à flumi-  
ne Chiam ab Ortu in Occasum u-  
que pervadi. Chiam porro lingua  
Sinica flumen maximum sonat  
alii enim fluvii *Ho* appellantur. il-  
lud porro flumen suspicamur esse  
quod filium maris appellavimus

iu

n hodiernam quippe diem *Ianshu-hian* appellatur. legebamus præterea ad Austrum regna novem; sed ad Boream regna sex eo in regno reperiri, quæ plane cum quindecim Sinensis regni Provinciis non numero solum, sed ipsa quoque re convenientunt. Sunt enim hæ provinciæ regna etiam vasta quindecim. aliquas enim ex illis universam Italiam nihil est dubium magnitudine superare. Ad Austrum quoque ex his novem sitæ sunt, sub eo nempe flumine, quod modo nominavi. Ad Boream vero sex supra flumen illud ipsum numerantur. Indicium etiam ex cunctisdam auctoritate clarius accepimus. Annisunt plus minus quadraginta, hoc scilicet quo scribimus millesimo sexcentesimo octavo, ex quo Pechinum ex Arabia Turcæ duo aut Mahometani saltem servenerunt. Illi terrestri semper minere ad Sinarum Regem leo-

V z nem

nem adducebant, auditum alias  
Sinis animal, sed visum infreque-  
ter. hi ab Rege excepti sunt per  
humane, & Magistratu quodam  
donati supra regium stipendum  
quod etiam in filios & universam  
progeniem propagarent: id fa-  
ctum ad leonem quamdiu vixit  
moderandum, & ne in patriam re-  
dirent res novas in Sinarum re-  
gnum molituri. hoc ipso tempore  
cum Nostri Pechinum advene-  
runt, superstites erant ambo. ac  
eos P. Matthæus unum è Fratribus  
nostris misit, ut aliquid earum re-  
rum ab iis expiscaretur, quin etiam  
cum secundo Nostri in hanc au-  
lam redierunt. ipse P. Matthæu-  
cum illis est saepe congressus,  
quibus clarissime constitit regnum  
illud, in quo tum vivebant, ma-  
gnum Cataium, & urbem ipsam  
Cambalu appellari, nec ea de re-  
vel tantillum dubitabant, aut aliud  
se ex itinere Cataium reperisse ve-

audisse

udisse commemorabant. Idem  
x aliis quoque è Perside advenis-  
uditum à nostris sæpius ac sæpius,  
nec unquam ea de re variatum.

Quin etiam ex ipsis Sinis inge-  
to à nostris sermone, illud quo-  
que nomen ab iis auditum reperi-  
mus, ac tametsi ab externis homi-  
nibus Sinarum regnum ita appel-  
latur, nominis tamen origo par-  
tim è Sinensi sermone, partim è  
Tartaro deduc̄ta dubitari vix po-  
dest. Sinæ quippe scriptis libris,  
quoties Tartaros nominabant, Lx  
dicunt, & Septentrionis plagam  
pa, nec solum Pe. Tartaris vero  
Cam, à nobis magnus redditur:  
quam vocem ne ipsi quidem Sinæ  
gnorant: & quoniam eo tempore,  
quo se Tartari in Sinarum regnum  
intruserunt, Rex Tartarus sedem  
Pechini fixit, ideo Campalu ap-  
pellavit. & quoniam apud varios  
?, consonans in B, commutatur,  
deo Cambalu cœpit appellari.

V 3      quan-

quanquam Sinæ, qui consonante  
B, fere carent, etiam nunc *Campalii* pronunciant. inde plane ap-  
paret, Marcum Paulum Venetum  
eo tempore in hoc regnum pene-  
trasse, quo Tartari Sinis imperita-  
bant, & fortasse cum illis ipsis eo  
penetrasse. Ejus deinde commen-  
tariis Europæ Sinarum Regnum  
innotuit eo nomine, quo Tartari  
utebantur, Cataium videlicet &  
urbem Regiam *Cambalu* appel-  
lantes. & si quis urgeat fortasse la-  
tius Catai fines à Marco Paulo pro-  
tendi, quam Sinarum hodie pa-  
teant, id ut sit verum, quia non-  
dum excussi, nihil obstat quin vi-  
cinas Tartarorum Regiones com-  
muni nomine ad Boream paulo  
latius appellarent. Hoc tamen  
tempore nulla extra muros Sinen-  
ses Regio reperitur, quæ Cataium  
vocetur.

Xanç-

*Xauceana Vrbis descriptio.*

Vrbs Xauceana visitur inter duo  
flumina navigari solita, quæ h̄ic in  
unum confluunt; alterum quod  
Nanhun urbem ab ortu alluit; al-  
terum quod ex Vquam Provincia  
mittitur, spectat urbem in Occa-  
sionem. Urbana vero mœnia & civium  
ædes in medio agro, quem flumi-  
na relinquunt, extruntur: unde fit,  
non nimis late pateant, & ad re-  
quas ædes agrum in altera flumi-  
nis ripa utrinque quærant; ex eo  
vero, quod Occidua ripa frequen-  
ter habitatur, pons est è navigiis  
inter se colligatis. Numerat illa  
rbs ad quinque familiarum millia,  
& ferax est in primis orizæ ac po-  
norum, piscis etiam, carnium at-  
que olerum. verum insalubrior est  
aer, ac cœlum inclementius; nam  
quotannis ab Octobre medio in  
Decembre in tertia fere vel quarta  
pars incolarum tertiana febri cor-

V 4      ripitur,

ripitur, è quibus morbi vis multo  
abripit, superstites autem pallore  
suo periculum diu testantur. Ne  
benignius cœlum est illud advenis  
quam incolis; sæpe enim, qui ec  
ad conficienda negotia veniunt,  
paucis diebus conficiuntur.

*Nanchini metropolis descriptio.*

**H**æc Metropolis *Nanchinum*  
appellatur, tametsi apud Lusi-  
tanos fere, qui famam urbis nobis  
lissimæ à Fuquianæ Provinciæ in-  
colis acceperunt, *Lanchinum* ap-  
pellatur. In ea quippe Provincia li-  
tera N, in L, solet commutari. A-  
lio nomine quatenus est regio,  
communi ejus nomine *Intiensu*  
appellatur, ex eo quod Regionis  
ibi Gubernator sedem figat. Hæc  
est illa civitas, à qua Sinarum judi-  
cio cæteræ totius orbis urbes non  
magnitudine minus, quam pul-  
chritudine superantur. Et sane pau-  
cis potest inferior judicari. Plena  
enim

nim est maximis palatiis, fanis,  
tribus, pontibus, quæ tamen om-  
a ab Europæis generis ejusdem  
re superantur, sed in aliis superat.  
xcellit etiam cœli clementia, soli  
racitate, ingeniorum bonitate,  
orum suavitate, sermonis ele-  
antia, incolarum multitudine, ex  
mni ordine vulgi Literatorum ac  
lagistratum, qui postremi & nu-  
ero & dignitate cum Pequinens-  
bus comparantur, tametsi ex Re-  
s absentia, ipsa æqualitas reddi-  
r inæqualis. Atque ita toto Sina-  
m regno, & regnis conterminis  
glico collatis in unum omnibus,  
rima judicatur.

Hæc urbs trium quoque muro-  
m circuitu cincta est: primus est  
egii palatii sane superbissimi. Il-  
d quoque triplici muro cingitur  
arcis modum, & fossis quas aqua  
oplevit in gyrum excavatis. Illud  
tra quatuor aut quinque Italico-  
m miliariorum circuitum in or-

V 5      bem

bem patet. Et quidem audeo dicere, nullum uspiam Regem palatio superate, non si singula cum singularis, sed si omnia cum omnibus comparentur. Alter murus cingulum ipsum denuo palatum & maximam ac præcipuam urbis partem is portis duodecim interrumpitur, eas laminæ ferreæ armant, & bellica tormenta è regione intra urbem constituta muniunt. Hic murus alter octodecim Italica militaria suo ambitu complectitur. Tertius murus externus non est ubique continuus, sed ubi periculum aliquod imminere posse judicatum, ars naturæ munitio nem supplevit. Ejus circuitus sci ri vix potest. Indigenæ tamē dicunt submissos aliquando in e quis duos, alterum hinc, illinc alterum discessisse, utrumque vero in solis Occasu convenisse, ex quo conjicere quilibet poterit, prodigiosam ejus urbis vastitatem.

ma.

maxime quod circularis fere figura cæteris capacissima, reddat nam laxiorem. Intra hujus muri abitum magnæ licet sint horum, montium, nemorum, & lacuum intercedentes, maxima tamen illius pars frequentissime habatur.

Præfidiarii eam (quod vix creditur, nisi oculati testes serio consernarent) solam urbem milites ad quadraginta millia custodiunt. Hanc polum supra finitorem duobus triginta gradibus elevatum, atque ita in medio regno, si Mathematicam latitudinem spectas, est tunc constituta. In illius Occasum nomen Yamsu (quod filium maris vocat) præterluit, cuius dubitari non potest, utilitas urbem farciat, an facetas magis cohonestet. Nec etiam præterluit, sed inducti locis quatuor in urbem canales, navigiis primam majoribus in urbem ingressum aperiunt, quos majores arte labo-

laborē fatigante effoderunt. Hic factum est, ut olim totius regni caput fuerit appellata, & antiquorum Regum multis sēculis sed plane percommoda. Et tamet Pequinum ad Boream ea ex causā quam libro primo monui, commigrarit, de suo splendore tamen a frequentia vel nihil amisit, vel, quicquam ei deest, etiam admirabilior olim fuisse judicetur.

*Chiansi provincia Metropolis.*

**H**VJUS Provinciæ Metropol Nancianum appellatur, non maximis illis ac portentosis urbis, sed celebris tamen toto regn Literatorum multitudine, qui e ea ad regni dignitates varias evi hantur, in ambitu tamen nih Cantonensi Metropoli cedit, se in commercio longe est inferior. Gens est frugi & parvo vivere solita. Religioni licet falsæ addicta complures Sinense jejunium ob servant.

rvant. Ex ipsis porro Literatis so-  
alitium quoddam constat, in quo  
octissimus quisque certis diebus  
e virtutibus assequendis ratioci-  
natur, &, si externam faciem spe-  
cas, nihil ad modestam composi-  
tionem addi posse judicabis, ve-  
rum quoniam veræ fidei lumine-  
arent, errant in ipso virtutis itine-  
re, velut oves pastore destitutæ.

*De fluminibus Iansu & flavo.*

**F**lumen illud Nanchinense, quod  
matris filium dicere me memini  
Iansu Sinice appellari, Nanchinum  
sque in Boream vergit, inde non-  
ihil in Austrum revertens, ma-  
go impetu in mare incurrit: qua-  
draginta fere miliaribus, ex eo  
Nanchinum præterfluit. unde ut in  
Regiam Pechinensem flumine adi-  
us pateret, ex hoc in aliud flumen,  
inarum Reges, prægrandem ri-  
um derivarunt, id flumen flavum  
ppellatur, quem colorem aquæ  
sem-

semper turbidæ invexerunt. Et h[oc] quod  
est Regni Sinensis alterum magnitudine & celebritate flumen, quo Barbatissimam  
extra regnum ad Occasum nascitur, et  
è monte, qui Cunlun apparetur, pa-  
latur, quem montem vero similiter percep-  
bus conjecturis colligitur, eu-  
ipsum esse, vel alium minimè re-  
motum, è quo Ganges creditur. H[oc] scaturire. Id flumen à prima si-  
scaturigine lacum efficit, quem constellationibus  
appellant. in Sinarum fines penetrat in Provin-  
ciam, maxime ad Occasum, co-  
realibus muris in Tartarorum ter-  
ras egreditur, deinde regreditu-  
etiam ad Austrum, & Superiorem  
è qua venerat, Provinciam, indi-  
aliam, cui Sciansi nomen est, lu-  
strat, & aliam, cui nomen est Ha-  
nan, deinde irrigat: post in Ortum  
flectitur, & non procul à filio mari  
in Orientalem Oceanum influit  
è Boreali Regione fluminis ma-

gni

ni, quod *Iansu* vocavimus. Flu-  
us hic nihil Sinicas leges veritus,  
Barbaris Regionibus egreditur,  
velut odium ulciscens, quo Sinæ  
dvenas prosequuntur, illuvioni-  
us persæpe magnam regni par-  
tum fœdat, & alueum pro arbitratu-  
m mutat, cum plenus est arena, quam  
volvit. Huic designati Magistratus,  
at illius spiritui (spiritus enim  
multis rebus præficiunt) variis riti-  
bus litant; turbidos vero fluctus  
tonnisi intra mille annos semel se-  
nare fingunt. unde Sinense di-  
berium est, si quando rem infre-  
quentem explicant: Cum flumen  
serenabitur. unde qui hoc  
vio feruntur, oportet aquam in-  
sultos dies conservare, dum lu-  
num & arena subsidat: cuius non  
minus tertia parte interfæces com-  
sitatur. Ante hujus fluminis in-  
gressum & egressum rivi repertiu-  
r, qui Pechinum commeatum  
referentibus naviis, transitum

præ-

præbent: ea navigia Regia du-  
taxat ad decem millia dicuntur e-  
crescere, & solum è quinque Pro-  
vinciis Chiansi, Cechiano, Nan-  
chino, Vquam & Sciantum mi-  
tuntur. Hæc quippe Provinciae Re-  
annuum vestigal oriza, frumento  
que pendunt: reliquæ verò decen-  
argento numerant. Præter hæc na-  
viglia alia innumera occurunt M.  
gistratum perpetuo cunctum:  
redeuntium, alia quoque permul-  
privatorum negotiatorum: priva-  
tamen negotiatores ex Yansu flu-  
mine in hos rivos ingredi proh-  
bentur, sed ii soli navigant, qui in  
tra rivum ipsum ad Boream hab-  
tant. id fit, ne immensa naviu-  
multitudo transeuntibus aditum  
præcludat, aut aliquod Regiæ Pe-  
chinensi malum moliatur, & ta-  
men ita immensa est navigiorum  
multitudo, ut sæpe dies complure  
præstolari transitum, aliæ aliis pra-  
peditæ naves cogantur, maximu-

cert

certis temporibus, cum aquæ penuria in canalibus laboratur, cui ut mederentur, multis in locis valvis ligneis aquam continent, quæ in pontes etiam usu duplicato instruuntur, hæ deinde valvæ pleno vivo patefiunt, & navigia aquæ currentis impetu deferuntur, atque ita in aliam ex alia cataractam magnō nautarum labore navigantur, & fastidiosa itineris tarditate, unde labor etiam crescit, quod infra rivi angustias raro navigantibus venti favent. unde funibus fere navigatio promovetur, quin etiam non raro accidit, ut in egressu cataractarum, vel ingressu, cum laborantes aquæ vortices involvunt aves, demergantur: verum Magistratum aut Primorum navigia, machinis è ripa ligneis, in adversas quas attrahuntur, idque regiis imptibus, itinere toto facilitatur, et in hoc quidem rivo ad navigationis usus concinnando, in annos

singulos, ut Arithmeticō vocabulo  
uti liceat, millionem expendi ni-  
hil dubitatur.

*De Emporiis aliquot.*

PRimaria quæ in hoc itinere  
transeuntes nostri emporia lu-  
straverunt, hæc fere numerantur  
E provincia Nanquinensi *Iamcheu*  
in elevati poli supra finitorem gra-  
du dimidiato supra secundum ac tri-  
cesimum. *Hoaingan* in quarto  
supra tricesimum, non toto Siuceu  
in dimidiato supra quartum ac tri-  
cesimum ample dimensum. E Pro-  
vincia Sciantum, *Zinim* in tricesi-  
mo & quinto gradu duabus tertii  
gradus portionibus superadditis  
*Lincin* in septimo ac tricesim  
duabus quoque tertii gradus par-  
tibus super adjunctis. E provinci-  
denique Pequinensi, *Tiencin* in  
nono ac trigesimo gradu atque di-  
midiato; *Pequinum* in quadragesi-  
mo gradu per amplio.

*Ite*

*Iter è Metropoli Cantone Pe-  
quinum.*

Ter è Cantonensi metropoli, quæ biduo abest ab Amacaensi portu Pequinum usque, per stadia Sinensia dimetiar, quorum quinque miliarium; quindecim leucam faciunt. fluminibus igitur itinere instituto, quod iter fere nostri faciunt è Cantonensi Metropoli Nanhiunum 1170. Inde Nancia num 1120. hinc Nanquinum 1440. Deinde Pequinum 3335. quæ in universum collecta summam colligunt. 7065. Quibus si addas Pequino ad immanes illos muros Regni Sinensis Tartariæque discri men centum ut jam dixi Italica miliaria, sive quod idem est Sinensia stadia quingenta, & biduum quod Amacao in Cantonensem metropolim navigatur, Italica videlicet miliaria sexaginta, sive quod idem est Sinensia stadia tre-

X. 2 centa

centa sexaginta, habes universam  
regni Sinensis Mathematico more  
latitudinem ab Austro in Boream,  
id est, septem millia nongenta vi-  
gintiquinque stadia Sinensia, quæ  
in Italica miliaria reducta mille  
quingenta octoginta quinque nu-  
merantur. Eadem si in leucas con-  
traxeris, quæ tribus Italicis milia-  
ribus constent singulæ, quingen-  
tas viginti octo cum tertia leucæ  
parte conficies. Et hanc vastitatem  
unius Regni non Nostri solum  
prope quotidie, sed ego quoque  
Iustravi, si eam partem demas, quæ  
Pequino in Tartariam triduo vix  
toto decurritur. Sed huic supputa-  
tioni ad regni amplitudinem col-  
ligendam tantum demas oportet,  
quantum fluminum anfractus à re-  
cto itinere defleunt.

Nam si rectam lineam velis, ex  
graduum numero certissime col-  
ligetur, si enim cum sint in latitu-  
dine fere vigintiquatuor, & in lon-  
gitu-

gitudine vigintiduo, quod libro primo afferui, si singulis gradibus miliaria sexaginta Italica, ut vulgo solet, & quod idem est, leucas vi-gioti attribueris, efficies totam re-gni Sinensis aream in latum, id est, ab Austro in Boream Italicis milia-ribus mille quadringentis excur-rere. Leucis vero ex tertiae partis symmetria subductis quadringen-tis & octoginta, in longum vero sive ab Ortu in Occasum ex eo quod duobus gradibus brevior est, excurrit in Italica miliaria mille trecenta viginti, leucas vero qua-dringentas & quadraginta. Cui areæ cum ad perfectam quadratæ figuræ magnitudinem soli duo gradus desint, facile est ex Geo-metricis principiis ejus amplitudi-nem admirabilem dimetiri. Cum constet figuræ quadratæ limites cæteras omnes figuras quadraugu-lates areæ diffusione superare.

*Suceu Emporium.*

Nobilissimum hoc emporium  
unum est ex iis, de quibus est  
Sinense dixerimus; Quod in cœlo  
Beatorum sedes, hoc in terra Su-  
ceu & Hanceu nominatur. est  
enim è principibus & celeberrimis  
hujus imperii locis; sive splendo-  
rem, sive opes, sive copiam, sive  
frequentiam, & quidlibet aliud spe-  
ctes. tota extructa est urbs hæc in  
placido aquæ potabilis flumine,  
quod fere soli vento paret fluctus  
commoventi, quod flumen, si vo-  
lueris, apte fortasse lacum appel-  
labis. Per eam igitur tota, muti Ve-  
netiis, vel aqua, vel terra commea-  
tur, sed in hoc Venetias superat,  
quod aquæ potabilis usu potius,  
quam maris sale perfruatur. vici  
omnes & ædificia, ut apud nos fieri  
solet, pineis trabibus in flumine  
defixis insistunt, merces Lusitanæ,  
Amacao & quælibet aliæ, ab ex-  
ternis

internis regnis importatae, maximam partem in hoc emporio distrahuntur. illi enim in reliquas regni urbes frequentissimum est, quolibet anni tempore commercium, atque ita nihil est, quod desiderare possis, si voles comparare. unica urbis porta in terrestre iter patet, in reliquis aditus non nisi naviis patet. innumeri sunt pasim pontes, magnifici sanè, & qui ætatem ferunt, sed in angustis illis roris non nisi in arcum unum assurgunt. Butyri & lacticiniorum nusquam alibi tantus usus. ex oriza quoq; vinum nullibi præstantius, & unde in reliquum regnū Pechinum usque importatur: vix biduo abest à mari. munitissima urbs est, & totius regionis, quæ urbes 8. numerat, caput; hanc tuitus est olim pertinacius è Principibus quidam, cum is, qui hujus Regiæ familiæ truncus est, Sinense imperium, pulsis Tataris, invaderet. ideo velut rebellis

X 4 civi-

civitas in hanc usque diem immanc  
tributum pendit. nam dimidiata m  
omnium, quæ terra fert pendit  
portionem, inde fit, quasdam in  
hoc regno Provincias minus pen  
dere simul duas, quam quantum  
hæc Regio sola Regi vestigalis  
exoluit: universa quippe Regio suæ  
Metropolis auctoritatem secuta,  
Regi pertinaciter æque restiterat.  
in hanc etiam usque diem frequen  
ti præsidio servatur, & in ea præ  
fentior est semper quam alibi re  
bellionis metus.

*Scianhas Vrbis descriptio.*

**V**RBS Scianhai Nanchinensis est  
provinciæ, imo etiam Regioni  
nis ex infimo urbium genere,  
quod *Haien* appellatur: abest à  
Nanchinensi Regia centum qua  
draginta quatuor miliaribus Itali  
cis; habet elevatum polum gradi  
bus novem supra viginti: non pro  
cul abest à mari Orientali, è re  
gione

ione regni Coriani, & Insulis Iaconicis ita vicina est, ut malit esse remotior. cum enim vento seundo horis quatuor & viginti frequentior. illud navigetur, patet excursonibus pyraticis frequentius, unde magnis præsidiis ora maritima classibus etiam defenditur. à vicinitate maris nomen accepit: sianhai quippe supra mare significat. mutorum ambitus duobusiliaribus continetur, ædes tamen suburbanæ nihilo sunt pauciores urbanis. ergo quadraginta fere familiarum millia numerat (Focos scire solemus) hinc transiens leporum moneo, nihil mirum videbitur, si urbes nonnullæ incredibili numero habitentur incolarum, in infimum urbium vel oppido-  
m genus ita frequenter incolatur; ager universus planus est abs-  
tulio etiam colle, & verius di-  
bris totum agrum vicinum, ur-  
m esse hortis plenam, quam

X 5 agrum

agrum suburbanum, turribus enim  
villis ac pagis ita continuatus est  
ut vicies mille focos præter urba-  
nos suburbanosque contineat, ag-  
solum de hujus oppidi ditione, in  
quo constat cum ipsa urbe morta-  
lium trecenta millia numerari. E-  
sola hæc ditio Regi pendit annu-  
centum & quinquaginta aureo-  
rum millia, in argenti pondere, &  
eandem summam in oriza, qua-  
trecenta aureorum millia confici-  
hinc etiam incredibile videri desi-  
nit, Sinarum Regem tot annua-  
tributorum myriades numerare  
de quibus libro primo. Ager fera-  
cissimus est orizæ maxime & go-  
sipii, unde plurimi panni texur-  
tur, & textorum ducenta millia  
numerari volunt. hinc in Regianis  
Pechinensem & alias provincias  
panni exportantur. gens est natu-  
ra vivax, & non nihil inquieta, ma-  
xime quæ urbem incolit; in bonis  
ingeniis numeratur, & frequent  
hab

bet scholares atque Literatos, &  
od inde sequitur Magistratus,  
i administrata olim Republica  
rtis opibus privati fruuntur; quo-  
m sunt magnifica palatia, sed ur-  
næ plateæ sunt angustiores: cœ-  
m clementissimum est, unde fit,  
incolæ diutius aliquanto vivant,  
am aliis in locis: sexagenarius  
ud eos nondum inter senes com-  
tatur: annis octoginta fere aut  
naginta vulgo vitam trahunt, &  
ntenarii quoque non pauci re-  
riuntur.

Benedicti Goësii iter ex India  
in Sinam.

Enedictus noster hac ratione  
iter suum instituit, Negotiato-  
Armenii Christiani habitum  
nitatus, nomen accepit Arme-  
o ex more *Abdula*, quod Do-  
tinum significat, & addit, *Isai*,  
od sonat Christianum: accepit  
niam à Rege Mogorum Achabar  
nomi-

332 NIC. TRIGAVT.  
nomine, Sociorum amico præc<sup>antianis</sup>  
pue vero ipsius Benedicti, varia <sup>an</sup>tes in R  
Regulos varios diplomata, qui v<sup>er</sup> nomini  
ei vectigales vel amici esse scieba<sup>at</sup> mediu  
tur. ergo pro Armenio habitus et hic iusta B  
quibus transitus liberior datur, cum seb  
quo prohibitus fuisset, si pro H<sup>abitu</sup> fide  
spano haberetur: varias secum mercis itin  
ces detulit, tum ut seipsum illis datur a sup  
strahendis sustineret, tum ut N<sup>atura</sup> uia  
gotiator haberetur. merces era<sup>no</sup>facta, a  
ex India Mogorisque Regno per<sup>du</sup>to, lau  
multæ, sumptum subministrantur adūto  
Indico Prorege, & etiam ipso Amatus  
chabar adjuvante. Adhibiti sunt i<sup>n</sup> alterius I  
à P. Hieronymo Xaverio, qui missiōnem  
sioni Mogorensi jam multos annūs app  
nos præst, Socii duo natione Graeci insinu  
ci, locorum periti; eorum alt<sup>er</sup> Leo, vel ut  
Sacerdos erat ad Benedicti solitūdinem  
tium, & hic Leo Grimanus voc<sup>atur</sup> magojo  
batur, alter negotiator erat nōm<sup>en</sup> & curia  
ne Demetrius. His additi sunt qu<sup>o</sup>ndam Lio  
tuor famuli natione primum aquariorum  
professione Saraceni, postea vero inha  
Chr.

christianis adjuncti. Verum hos  
mnes in Regia Mogoris altera  
zor nomine, inutiles sibi dimisit,  
Armenium unum nomine Isaac,  
hac ipsa Regia conjuge & filiis  
etum substituit. hic præ cæteris  
hnnibus fidelis fuit, & perpetuus  
tius itineris Achates. Discessit  
uitur à superiore suo Frater no-  
mer, ut ex ejus literis patentibus  
nstitit, anno supra secularem  
Regnatio, Ianuarii mensis die sexto.

Anno quolibet, Mercatorum  
mitatus ex hac Regia instituitur  
alterius Regni Regiam, quæ  
oprium Regem habet Cascar  
mine appellatam: simul omnes  
instituunt, vel mutui auxilii  
usa, vel ut se à latronibus tuean-  
tur. numerus fuit fere ad quingen-  
magno jumentorum, cameloi-  
& curruum numero. E Regia  
Laor discessit per solemnes  
cuniorum dies, ipso anno: & men-  
cio itinere devenerunt in urbem

Athee

## 334 NIC. TRIGAVT.

A thec nomine, etiam tunc in Provincie Laor sitam. post dies fē  
quindecim flumen transmiserū  
latum, quantum sagittæ trāctus e  
currit: id transmittitur naviis  
Negotiatorū commoditatem. In alia  
altera fluminis ripa dies omni  
quinque substiterunt, admoniti  
latronibus magno numero imm  
nentibus: deinde post duos mē  
in aliam urbem: cui nomen P:  
saūr, perveniunt: ibi dies viginti  
necessariam quietem substiterunt  
postmodum in aliud oppidum ex  
guum tendentes, obvium habu  
runt peregrinum quendam An  
choretam, ab eo intellexerunt, tri  
ginta dierum itinere urbem ab  
se, nomine Capherstam, in qua  
Saracenis aditus minimè permit  
tur, adeuntes vero capite puniu  
tur, Ethnici tamen Negotiator  
minime prohibentur ingressu  
bium, sed à templis tamen exch  
duntur: narrabat illius Region  
inc

indigenas omnes non nisi atratos  
ad templa procedere, agrum esse  
eracem, & uxæ copiam reperiri.  
Pater noster Benedictus eo propi-  
ante, vinum esse probavit nostrati-  
mile: quæ res uti apud Saracenos  
oruum locorum est insolens, ita  
suspicionem ingessit, eam Regio-  
nem fortasse à Christianis habitari.  
In eo loco, ubi peregrinum illum  
repererunt, viginti alios dies substi-  
ttere. & quoniam latrociniis infe-  
rum iter ferebatur, à loci Domi-  
no milites quadringentos ad comi-  
andum acceperunt. hinc diebus  
quinque supra viginti in locum, cui  
Ghideli nomen est, devenere. toto  
hoc itinere impedimenta & sarcin-  
æ ad pedem montis vehebantur:  
Negotiatorum cum armis ex ipso  
montis apice latrones explora-  
bant: solent enim transeuntes fa-  
cis obruere, nisi quis ex ipso monte  
nim vi propulsarit. In hoc loco tri-  
butum à Negotiatoribus pendit  
tur;

tur; & latronum impetu facte erat, multi mortales saucii, vix vita rem deservit, sarcinasque tuiti sunt. Benedictum est Noster fugam in sylvas arripierunt, sed evasit, sed nocturnis horis redeuntes liberaliter sese à latronibus subduxerunt, iam post alios dies viginti Cabul tenuerunt. Virunt (ea est urbs, emporium frequens, nondum extra terras Mogorii regno subjectas) eo in locum. Nostri totos octo menses substiterunt.

In hoc ipso emporio incidit incidentia, quod Negotiatorum comitatum forcato Regis Cascar, per cuius Regnum in Cataium transitus erat necessarius: Rex dicitur *Maffamet Can*, eadem erat domini Cotan alterius Regis parens: ipsa vero *Agehane* vocabatur: *Age*, prænomen est quo Saraceni eos cohonestant, qui peregrinandi studio ad impostorum cadaver sese Mecham contulerunt illa enim impiæ Relegionis causa tanto locorum intervallo Mech-

credibat, & necessario sumptu ad  
ter destituta, à Negotiatoribus au-  
xilium expetebat: addita promis-  
sione, se omnia cum fide ac fœno-  
re liberalissime reddituram, cum  
n suum regnum mercatores deve-  
nissent. Viſa est Fratri nostro non  
mittenda occasio, uti alterius re-  
gni ſibi Regem devinciret, jam  
enim Mogorica diplomata expira-  
bant. ergo mutuos illi è distractis  
mercibus aureos fere sexcentos de-  
cidit, qua liberalitate, quod etiam  
in contraſtu fœnus respuiſſet, vinci  
ſe minime paſſa eſt: nam deinde  
marmoris illius apud Sinas nobi-  
ſiſimi fragmenta reſtituit, qua  
merce nulla alia eſt Cataium pe-  
tentibus accommodatior.

Hinc itineris instituti moleſtiis  
zedens, reverſus eſt Leo Grima-  
nus Sacerdos: & Demetrius ejus  
ſocius in ea urbe ſubſtituit Negotia-  
tionis cauſa. abiit Frater noſter  
cum uno Isaaco Armenio in cæte-

Y rorum

rorum Negotiatorum comitatu  
jam enim accendentibus aliis tuto  
sibi pergere posse videbantur. pri  
ma urbs quæ obvia fuit, *Ciaraca*  
vocatur, quo in loco magna es  
ferri copia. h̄ic molestiam passu  
est insignem Benedictus noster  
nam in his extremis Mogorum re  
gni finibus diploma Regium ne  
gligebatur, quo diplomate immu  
nis ab omni vestigali hactenus ite  
fecerat: inde post dies decem in  
oppidum exiguum deveniunt  
*Parvam* nuncupatur, & hoc est ul  
timum Mogorum Regis oppi  
dum. Post quinque dierum quie  
tem, in altissimos montes, iter ef  
diebus viginti in Regionem, cu  
*Aingharan* nomen est, devene  
runt: post alios quindecim *Calcis*  
tenuerunt. Gens est hujus Regio  
nis capillitio barbaque flava insta  
Belgarum, qui hanc Regionem  
variis in pagis incolunt. post dies  
decem obvium habuerunt locum  
quen

quendam, *Gialalabath* appellatur:  
hic Bracmanes vestigalia exigunt  
ipsis à Rege Bruarate concessa.  
post dies deinde quindecim *Tal-*  
*han* devenerunt: ubi mensem  
unum substiterunt civili tumultu  
deterriti. nam ex rebellione Cal-  
ciensium populorum itinera mi-  
nus secura ferebantur. hinc in Che-  
man pergentes, sub Abdulahan  
Rege Samarhan, Burgaviae, & Bu-  
charate, aliorumque Regnum  
conterminorum oppidum est exi-  
guum, cuius Praefectus ad Nego-  
tiatores misit, qui moneret intra  
muros sese reciperent, extra non  
satis tutum esse à tumultuantibus  
Calciensibus: verum Negotiato-  
res responderunt: Velle se tributa  
pendere, & nocturnis horis iter  
suum persegni. Verum oppidi Prae-  
fectus plane inhibuit, asserens re-  
belles Calcienses equis hactenus  
scarere, quos si comitatui rapuis-  
sent, iis ipsis acrius populaturos, &

Y 2 oppi-

oppido majorem molestiam pro-  
curaturos: tutius videri, si una cum  
suis vim Calcienium propulsarent  
vixdum ad oppidi muros advene-  
rant, cum nunciatur, Calcienes  
advenire: quo audito Præfectus tam  
una cum suis gloriosus fugam arri-  
puit. Negotiatores in hoc discri-  
mine subitam è sarcinis velut ar-  
cem excitarunt, & in eam magnā  
vim saxorum intulerunt, quæ usū  
essent, si quando sagittæ defecis-  
sent. Id cum Calcienes reperissent,  
Legationem ad Negotiatores mit-  
runt, nihil esse quod vereantur, se-  
itineris comites ac defensores fu-  
turos: neque tamen fidendum tu-  
multuantibus arbitrabantur. Ergo  
communi consilio fugam arripien-  
dam judicarunt. hoc negotiato-  
rum consilium nescio quis ad re-  
belles detulit. Ergo impetu facto  
dimissis sarcinis in sylvam vicinam  
se receperunt, interim latrones è  
sarcinis quidquid placuit eduxe-  
runt,

unt, deinde evocatos è sylvis ne-  
gotiatores, latrones ipsi intra va-  
cuos muros cum sarcinis reliquis  
abire permiserunt. Benedictus no-  
noster nihil præter equum amisit,  
quem tamen etiam postea cum  
gossipinis pannis permutatum re-  
cepit. Intra muros degebant illi  
fatione sine ingenti metu, ne fortasse  
rebellibus omnes impetu facto  
maestarentur. Verum eo ipso tem-  
poore ad rebelles misit Dux quidam  
maximus, nomine *Olobet Ebæ-*  
*dascan*, Bucharatis Regione fra-  
tem suum, qui minis Calcienses  
rebelles adegit, ut Negotiatores  
ciberos abire permitterent: sed to-  
to eo itinere variè à latrunculis co-  
mitatus cauda carpebatur. Post  
peditandum pessimo itinere in Ten-  
gi Badascian pervenerunt: Tengi  
ter molestum sonat, est enim an-  
gustissimum, & non nisi singulis  
transitus patet in altissima magni-  
duminis ripa: hujus urbis incolæ

Y 3 una

una cum cohorte militum, quæ comitabatur, in Negotiatores insi-  
luerunt, & erepti sunt. Fratri nostro tres equi, quos deinde munus-  
culis redemit; decem dies hic sub-  
stitere, & diei itinere *Ciarciunart*  
tenuerunt: hic dies quinque im-  
bribus detenti sunt in aperto cam-  
po, & supra cœli inclemantium  
iterum à latronibus invaduntur.  
hinc post dies decem in *Serpanil*  
devenerunt, sed desertus locus erat,  
mortalibus omniq[ue] commeatu  
destitutus; in arduum montem  
conscensum, cui *Sacrithma* no-  
men est, in hunc montem evade-  
re non nisi robustiores equi potuē-  
re, reliqui longiore sed faciliore  
itinere perrexerunt. viginti die-  
rum itinere in Provinciam *Sarcil*  
devenientes, pagos ibi multos vi-  
cinos repererunt. Biduum ad refi-  
ciendos equos subsistunt; inde post  
aliud biduum ad pedem montis,  
cui nomen *Ciecialith*, pervenient,  
eum

eum multa nive conspersum dum  
conscendunt, plurimi mortales fri-  
gore obriguerunt, & ipse Frater  
moster ab extremo periculo parum  
abfuit. nam sex omnino dies in  
hac nive tenuerunt. Denique in  
*Tanghetar*, quæ est Regni Cascar,  
delati sunt: ibi è ripa magni flumi-  
nis in aquas cecidit Armenius  
Isaac, & horas octo totas semiani-  
mis jacuit, verum denique Bene-  
dicti auxilio ad se rediit, & post  
alios dies quindecim *Iaconich* op-  
pidum tenuerunt, & ejusmodi fuit  
alter, ut Fratri nostro sex equi labo-  
re interierint. post dies quinque  
comitatū preveniens noster Bene-  
dictus solus in Metropolim preces-  
fit, quæ *Hiarchan* appellatur: ex ea  
equos misit subsidiarios, & Socios  
de necessariis quoque providit, qui  
non ita multo post incolumes cum  
sarcinis & mercibus Metropolim  
tenuerunt Novembri mense eo-  
dem anno supra sæcularem tertio.

X 4      Hiarch-

Hiarchan Regni Cascar Regia  
celeberrimum est emporium, vel  
negotiatorum concursu, vel mer-  
cium varietate. In hac Regia finem  
accipit Cabulensium Negotiato-  
rum comitatus; & inde instituitur  
nouus Cataium versus, cuius comi-  
tatus præfeturam Rex multo pre-  
tio vendit, ac Præfecto Regiam in  
Negotiantes omnes per iter uni-  
versum communicat potestatem:  
is priusquam coalesceret annum  
spatium fuit, ad iter enim pericu-  
losum ac longum non nisi multi  
conspirant, nec annis singulis ad-  
ornatur, sed iis tantum, quibus in  
Cataium Regnum norunt jam se  
esse admittendos: nulla est nego-  
tiatio pretiosior frequentiorve in  
hoc itinere toto, quam fragmen-  
torum pellucidi cujusdam marmo-  
ris, quod *Iaspin* nos vocabuli penu-  
ria solemus appellare: hæc fra-  
gmenta Regi ferunt allecti ma-  
gnitudine pretii, quam Cataiensis

Rex

Rex esse arbitratur è sua dignitate: quidquid Regi minus placet, libe-  
rum est in privatos distrahere; lu-  
ro tali, cuius spes tantos labores  
sumptusque bene collocatos pu-  
rat, ex eo marmore variam supel-  
lectilem concinnant; vasa, vestium  
zonarum ornamenta, quæ fron-  
tibus ac floribus affabre insculptis  
cane non exiguum referunt maje-  
ritatem: ea marmora, quibus ple-  
num est hodie regnum, Sinæ Yusce  
ocant, & duplex est ejus marmo-  
is species: altera pretiosior, quæ  
flumine Cotan, non procul à  
Regia educitur, eo fere modo,  
quo gemmas vrinatores pescantur,  
& instar silicum crassiorum educi-  
bolet: altera species inferior è mon-  
ibus eruitur, & in saxa majora  
diffinditur in laminas duabus fere  
alnis latiores, quæ deinde ad iter  
accommodari solent: abest mons  
ste ab hac Regia dierum viginti  
tinere, & Cansangui cascio, id est,

Y 5 mons

mons lapideus appellatur, quem  
verisimile est eum esse, qui eodem  
nomine in Geographicis descri-  
ptionibus hujus regni quibusdam  
nuncupatur. eruuntur hæc fra-  
gmenta labore incredibili, ve-  
loci solitudine, vel marmoris du-  
ritia, ad quod tantisper emollien-  
dum ferunt extructo desuper igne  
luculento domari: hujus quoque  
eruendi facultatem magno pretio  
Rex alicui Negotiatori vendit, sine  
cujus facultate toto contractus  
tempore cæteris Negotiatoribus  
effossio prohibetur. cum eo tendi-  
tur, annuus ad operarios alendos  
defertur commeatus: neque enim  
breviore spatio ad exculta homi-  
nibus loca redditur.

Frater noster Benedictus Regi  
visitationis officium impendit (di-  
citur is *Mahametin*) gratus fuit  
delato ex munere, nam horariam  
machinam è collo pensilem, vitrea  
specula, aliaque Europæa detulit,  
quibus

uibus Rex ita recreatus est atque elinitus, ut datorem in amicitiam atrociniumque suum receperit. Non aperuit initio Noster, velle se in Cataium proficisci, sed solum e Regno *Cialis* ad Ortum hujus regiae ingessit sermonem, & ad iter illud diploma Regium impetravit, dñitente maxime filio peregrinæ illius Reginæ, cui aureos sexcentos mutuos dederat, arctam etiam cum Palatinis variis necessitudinem contraxit.

Sex menses abjerant, cum ecce tibi Demetrius ex antiquis Sociis unus, qui Cabuli substiterat, advenit, cuius adventu Benedictus Noster & Isaac Armenius gestiunt. Abiit ad recipiendos mutuos nummos ad Parentem Reguli. Quotan Benedictus, aberat illius Regia itinere dierum decem, &undo redeundoque menstruum spatum effluxit. Rediitque cum pretiosiore marmore cumulate restitu-

stitutus, inde ad gratias Deo referendas multa in egenos eleemosynæ nomine distribuit, quod suum institutum ipse toto itinere liberliter retinebat.

Interim comitatus futuri Negotiatorum Præfetus renunciatus est ex indigenis quidam Agiafinominatus. Anno supra sæcularem quarto, medio fere Novembri, per ventum ad locum Iolci nomine, ubi vestigalia pendi & Regia diplomata revideri solent. Hinc Hancialix, Alceghet, Hagabateth, Egriar, Mesetelec, Thalec, Horma, Thoantac, Mingieda, Capetalcol Zilan, Sarc Guebedal, Canbasci, Aconserséc, Ciacor, Acsu, viginti quinque diebus hæc omnia loca peragrarunt, iter fuit molestum, vel saxorum multitudine vel arenæ sitientis inopia.

Acsu oppidum est Regni Cascar, cuius Præfetus erat Regis nepos, annorum duodecim. In hoc ipso itine-

itinere desertum decurritur, cui  
*Caracathai* nomen est: id terram  
nigram Cataiensium sonat, ideo  
quod ferant, Cataienses ibi diutius  
commoratos: in hoc oppido quin-  
decim dies cæteros Negotiatores  
præstolati sunt: inde tandem dis-  
cedentes in *Oitograch, Gazo, Cas-*  
*ciani, Dellai, Saregabedal, Vgan,*  
ac deinde *Cucia* devenerunt, op-  
pidum etiam exiguum; in quo ad  
reficienda jumenta mensem inte-  
grum substiterunt: nam & itineris  
molestiis, & marmoris pondere  
hordeique inopia prope vires ami-  
serant. Hinc abeuntes post quin-  
que & viginti dierum iter in urbem  
*Cialis* pervenerunt, exiguam illam  
quidem, sed bene munitam. Hanc  
Regionem moderabatur Regis  
Cascar filius illegitimus, qui audito  
Fratrem nostrum cum Sociis aliam  
legem profiteri, terrere illum cœ-  
pit, afferens audaciorem æquo fuis-  
se alienæ legis professorem in has  
regio-

350 NIC. TRIGAVT.  
regiones penetrasse : licere enim  
fibi illi vitam fortunasque eripere  
sed lecto diplomate placatus , &  
accepto munere etiam amicus fui  
In hac urbe tres omnino mense  
substitere. neque enim Negotia  
torum Præfetus abire non ni  
cum copioso comitatu voluit , qu  
enim numerosior est , eo Præfet  
quæstuosior : hac igitur ex caut  
minime permittebat , ut quisquam  
præcederet. Frater noster mora  
longioris tædio & sumptuum ma  
gnitudine provocatus , ad discel  
sum aspirabat ; ergo novis doni  
delinitum Dynastam induxit , ut  
sibi faceret eundi facultatem : im  
petravit ille , invito Præfecto ac So  
ciis , inter quos in posterum inter  
rupta familiaritas fuit.

Abeuntem Regulus suis literi  
securitatis causa prosecutus est , &  
cum de illius nomine ageretur , qu  
ratione vellet inscribi , quæsiit vel  
letne Christiani nomen apponi  
Volo

Volo, inquit ille, nam hoc *Isai* nomine appellatus universum iter nuc usque decurri, cum eodem certum est terminare. Abiit igitur tandem cum socio suo & aliis paucis, & diebus viginti iter in *Pucian* ejusdem Regni oppidum promoverunt, ubi humanissime ab loci Præfecto excepti, necessario ex ejus domo commeatu honorabantur. Hinc, in *Turphan* munitam urbem pervenientes mensem unū substiterunt. Inde in *Aramuth*: hinc in *Camul* munitum quoque locum deventum est: hic, alium mensem se ac jumenta refecerunt, quoniam intra regni Cialis ditinē sunt habiti perhumane, cuius in hoc oppido termini cludebantur. E *Camul* diebus novem ad Boreales illos Sinensis regni muros devenerunt, ad locum, qui *Chia-cuon* appellatur: ibi dies quinque supra viginti Proregis ejus Provinciæ responsum expectarunt. Ergo tan-

tandem intra muros admissi die  
unius itinere in urbem *Socien* in  
gressi sunt, ubi de Pechino multu  
sermo, aliisque jam notis nominati  
bus, omni denique scrupulo Fra  
trem nostrum exemit, nihil in po  
sterum dubium Cataiense regnum  
à Sinensi, ut modo dixi, solo no  
mine discrepare. Quidquid Ciali  
inter ac Sinensis regni termino  
jacet, Tartarorum incursionibus  
infame est; ideo Negotiatores ma  
gno per hæc loca metu procedunt  
interdiu enim explorant è vicini  
montibus, sitne aliqua Tartaro  
rum excursio, ac si securum iter ju  
dcent, nocturnis tenebris silen  
tioque tuti ire pergunt. varios in  
itinere Saracenos misere mactato  
repererunt, quod soli pergere mi  
nime dubitassen, quanquam raro  
Tartari indigenas ipsos mactant  
asserentes eos esse servos suos a  
pastores, quibus arietum greges  
& boum armenta eripiunt; sed ne  
qu

que frumento, neque oriza aliove  
legumine ipsi vescuntur, dicentes  
hoc jumentorum esse non homi-  
num pabulum: sola igitur carne  
vesci solent, nec ab equis, mulis,  
aut camelis abhorrent, & tamen  
fama est eos diutissime vivere, &  
fere annorum centum excedere  
senectutem. Saraceni populi, Sinis  
ex hac parte contermini, imbelles  
sunt, & à Sinis nullo negotio subjici-  
ci possent, si Sinæ de subjiciendis  
sibi nationibus laborarent.

Ad Occiduam Sinensis regni  
partem, qua in Boream flectitur,  
celebres illi muri finiuntur, & spa-  
tium erat ducentorum fere milia-  
riorum, quo spatio Tartari muris  
exclusi, sæpe in Sinarum regnum  
excurrentes tentabant ingressum,  
& etiam nunc, sed minore pericu-  
lo, tentant: extructæ sunt enim  
ad retundendos eorum impetus  
urbes duas munitissimæ, & ad præ-  
sidium milites in suas turmas di-

Z stributi

stributi selectiores deputantur, ha-  
bent proprium supra se Proregem,  
& alios Magistratus, quibus à Re-  
gia duntaxat imperari potest : in  
altera harum urbium Provinciæ  
Scensi, Canceu appellata, residet  
Prorex cum reliquis præcipuis Ma-  
gistratibus : altera Soceu, appella-  
ta, proprium habet Gubernato-  
rem, & in duas partes distributa  
est : altera Sinæ (quos hic Saraceni  
**Cataios** vocant) altera Saraceni  
commorantur, qui è regno Cal-  
car, & similibus ab Occasu Nego-  
tiationum causa conveniunt : ex  
iis multi, quod redire nolint, jam  
uxoribus & filiis illigati prope pro-  
indigenis habentur, ad eum fere  
modum, quo Amacai in Provincia  
Cantonensi consident Lufitani,  
sed in eo differunt, quod Lufitani  
suis legibus vivant, & proprios ha-  
beant Magistratus : Saraceni à Si-  
nis gubernantur, à quibus noctur-  
no tempore intra urbem suam

clausi

clausi propriis muris continentur,  
ac in reliquis nihil ab indigenis dif-  
ferunt, eorum Magistratibus per  
omnia subiecti.

In urbem Soceu Benedictus no-  
ster exeunte anno supra sæcularem  
qñinto pervenit.

---

Ex Itinerario Marci Pauli  
de Venetiis.

UT ea quæ à superioris avi scri-  
ptoribus de regno Sinensi scri-  
pta sunt, cum iis quæ ab nostri avi  
authoribus sunt prodita comparen-  
tur, non abs re existimavi hic qua-  
dam subjungere è libris Marci  
Pauli Veneti, secundum antiquis-  
simam editionem latinam: curiosi  
poterunt ea cum Italica editione  
Ramusii conferre. Ordinar autem  
à Cascar, cuius & Goesius memi-  
nit; de qua ita Marcus lib. I. cap.  
xxxviii. Post hæc pervenitur ad  
provinicam Cascar quæ Magno

Z 2 Chaam

Chaam tributaria est, ubi sunt vi-  
neæ pulchræ valde & viridaria  
multa & possessiones fructiferæ.  
Ibidem est bombicis copia, homi-  
nes autem illius regionis linguam  
habent propriam: legemque mi-  
serabilis machometi, sunt nihilo-  
minus ibi aliqui Christiani nesto-  
rini qui proprias habent ecclesias:  
quinque autem dietis tota proten-  
ditur regio. cap. xxxix. *Samar-*  
*chan* civitas est magna in regione  
illa quæ tributaria est nepoti Ma-  
gni Chaam: ubi simul habitant  
Christiani & qui machometum  
adorant. cap. xl. Rursus inde pro-  
gressi invenimus provinciam *Car-*  
*than* quæ quinque dierum itinere  
protenditur in longum quæ etiam  
legem tenet Machometi, subjecta  
est nepoti Dominio Magni Chaam  
habens civitates multas & oppida.  
Principalis autem regni civitas di-  
citur *Cotim* protenditur autem in  
longum provincia per dietas octo.

ubi

ubi est bombicis & omnium vietualium copia: vineæ multæ & optimæ. Ibi sunt homines imbelles & imbecilles: artifices vero sunt & negotiatores & habent legem turpissimam machometi. cap. XLI. Provincia vero *Coran* reperitur post Cartham inter plagam orientalem & aquilonarem, quæ subjecta est dominio Magni Chaami habens civitates multas & oppida multa. principalis autem civitas est *Coran*. protenditur provincia in longum octo dietas: ubi est bombicis & omnium vietualium copia: vineæ multæ & optimæ. sunt ibi homines imbecilles; artifices & negotiatores & habet legem turpis Machometi. cap. XLII. progradientibus insuper eandem plagam occurrit provincia *Peyn*, longitudinem dierum habens quinque, quæ similiter subjecta est magno Chaam & Machometum adorant: multas habent civitates & castra,

Nobilior autem è civitatibus dicitur *Peyn*; ubi est fluvius in quo periuntur lapides preciosi Sc. Jaspides & calcedonii: homines patræ negotiatores & artifices sunt, bombicis & victualium habent copiam. cap. XLIII. Post hæc pervenit ad provinciam *Carchia* quæ est sub dominio magni Chaam, ubi sunt multæ civitates & castra; cuius principalis civitas dicitur *Carchia*. Ibi sunt flumina in quibus copiose habentur preciosi lapides, calcedonii magni valoris, qui à negotiatoribus deferuntur ad provinciam *Cathaii*. hæc provincia Carchiatota est sabulosa & aquas multas habet amaras licet in multis locis aqua bona sit. Similiter inter Cathaii & peyn terra tota arenosa est & sterilis. Post discessum de provincia Carchiae iter diorum quinque per Sabulum & est aqua pessima, & amara alicubi, tamen infra illum terminum bona

na aqua reperitur & sic pervenit  
ad civitatem quæ dicitur *Lop.* cap.  
**XLIV.** *Lop* est civitas magna ad  
introitum deserti magni quod est  
inter plagam orientalem & aqui-  
lonarem: homines civitatis legem  
miserabilis Machometi tenent. In  
hac civitate pro mercatoribus vo-  
lentibus transire desertum cuncta  
præparantur necessaria, ubi mer-  
catores priusquam iter arripiant  
diebus plurimis requiescunt; ubi  
asinos fortes & camelos victuali-  
bus & mercationibus onerant &  
sic iter arripiunt per desertum, &c.  
In triginta diebus ad deserti termi-  
num pervenit per latitudinem;  
longitude vero ejus amplius patere  
fertur, ut vix ab initio ejus usque  
ad finem ejus in uno anno perve-  
niri posset. Est autem desertum  
illud montuosum ut plurimum &  
planicies ejus arenosa: est totum  
sterile & omnino animalia nulla  
sunt propter cibi desertum. cap.

XLV. Completa via deserti perver-  
nitur ad civitatem *Sachion* quæ est  
in introitu provinciæ magnæ *Tan-*  
*guth*. ubi sunt pauci Christiani ne-  
storini: alii autem quidam legem  
servant machometi, reliqui vero  
omnes sunt idololatræ, &c. cap.

XLVI. *Camul* vero una est terra  
magna in provincia *Tanguth* quæ  
est subjecta magno *Chaam*, ubi  
sunt civitates & oppida multa. Est  
autem *Camul* inter duo deserta,  
scilicet inter magnum jam dictum  
& aliud quod in longitudine con-  
tinet dietas tres. vietualia in hac  
provincia copiose habentur. ho-  
mines illius regionis habent pro-  
prium idioma: idololatræ, &c.

Cap. XLVII. Post provinciam *Ca-*  
*mul* invenitur provincia quæ dici-  
tur *Chynchynculas* quæ est affinis  
deserto ad aquilonarem plagam.  
habet autem inter dietas sedecim &  
est sub dominio magni *Chaam*.  
ubi sunt civitates multæ & castra.

sunt

sunt ibi etiam Christiani nestorini  
& quidam adorantes Machome-  
tum ; reliqui idola venerantur.

Cap. XLVIII. Relicta provincia  
Chynchynculas ad orientem per  
dietas decem continuas nulla ha-  
bitatio reperitur nisi in paucis lo-  
cis, quibus transactis invenitur pro-  
vincia *Succuyr*, habens multas ci-  
vitates & oppida, cuius major civi-  
tas dicitur *Succuyr*. In hac provin-  
cia sunt Christiani : reliquæ vero  
provinciæ idololatræ sunt & sub-  
ditæ magno Chaam. in cunctis  
montibus hujus provinciæ inveni-  
tur Rheubarbarum magna copia.

Cap. XLIX. *Campion* est civitas præ-  
grandis & nobilis quæ est princi-  
palior in regione *Tanguth* ; ubi  
sunt Christiani quidam ; aliqui te-  
nentes legem Machometi ; reliqui  
Idololatræ. Cap. L. ulterius proce-  
dendo à civitate *Campion* iter per  
dietas XII postea invenitur civitas  
quæ dicitur *Ecima*, quæ etiam affi-

Z 5 nis

362 N I C. T R I G A V T.  
nis est arenoso deserto versus aquilonem, ubi sunt camelii multi, & alia animalia ; homines idololatræ. Cap. LI. Terminata via prænominati deserti pervenitur ad civitatem *Carocoran*, quæ est ad aquilonarem plagam ubi dominium Tartarorum habuit originem. Sequitur hic digressio de Regibus Tartarorum, quam præterimus. Cap. LXIII. Post recessum à civitate Campion versus orientem itur per dietas quinque & in illa via de nocte in locis plurimis voces demonum audiuntur. post dietas vero quinque invenitur regnum *Ergimul*, quod est in provincia magna Tanguth. ubi sunt Christiani Nestorini, Idololatræ & sectatores machometis. multæ civitates & castra ; versus Syrochum inter orientalem & meridionalem plagam itur ad provinciam *Talchay*, prius tamen invenitur civitas *Singii* magno Chaam tributaria. ubi similiter

liter sunt Christiani nestorini, idololatræ &c. In hac parte muscatum habetur optimum. habet hæc provincia in longitudine dietas xxv, & est fertilis valde. Cap. LXIV. deinde transactis octo dietis ultra provinciam Ergimul ad orientem occurrit provincia Egrigaya, in qua sunt civitates multæ & oppida. principalior civitas est *Colatia*. incolæ Idololatræ præter paucos Christianos nestorinos. Cap. LXV. Relicta Egrigaya pervenitur ad orientalem plagam ad provinciam *Tenduch* ubi sunt civitates & multa castra. maximam partem hic sunt Christiani. ultra hanc civitatem ad dietas tres invenitur civitas *Cyangomor*. in qua est palatum maximum in quo magnus Chaam habitat, quando ad illam civitatem accedit. Cap. LXVI. post Cyangomor ad tres dietas ad aquilonem reperitur civitas *Cyandu* quam ædificavit magnus Chaam Cubli, in qua

qua est marmoreum palatum maximum & pulcherrimum. Magnus Chaam tribus mensibus anni illum locum inhabitat, Iunio, Iulio & Augusto. quia ibi est temperies aëris magna, æstasque caret ardoribus.

Addit deinceps & initio lib. II. multa de potentia Cublay maximi regis Tartarorum qui illo tempore vivebat, & de bello quod gessit cum rebellibus suis & reditu ad Civitatem Cambalu. cuius occasione describit lib. 2. cap. IX. palatum ejus mirabile in Vrbe Cambalu. Tribus (inquit) mensibus Decembri, Ianuario & Februario in regali civitate continuo immoratur. In quo est hujusmodi regale palatum: primo totius palatii ambitus continet milliaria quatuor. Est murus palatii grossus valde, habens altitudinis passus decem: tota exterior facies undique colore albo & rubeo depicta est, &c. Vrbem Cambalu describit cap. x. Civitas Cambalu

balu super magnum flumen est in provincia Cathay : quæ olim nobilis fuit & regalis : Cambalu enim in nostra lingua sonat civitas domini. hæc magnus Chaam ad aliam partem fluminis transtulit : civitas hæc quadrata est, & per xx mill. protenditur : muros de terra habet dealbatos exterius , altitudinis pass. xx. &c. Extra sunt xii suburbia magna valde. Cap. xxvii. post recessum à Cambalu per mill. x fluvius magnus reperitur *Pulsanchinii*. Meminit deinceps aliquot oppidorum, provinciarum pertinientium ad Regnum Cathay : uti *Gyn*, *Cansu*, *Pyanfu*, *Caycui*, *Caromoran*, *Quingyanfu*, *Chym*, &c. quæ serio expendenda sunt cum iis, quæ neoterici prodiderunt.

F I N I S.

# INDEX

Rerum & Locorum, vastissimi.  
mi Sinensium Regni.

## A.

<b>A</b> Cademia nulla Sinis.	73	C Adm.
Aingharam.	338	Caif.
Alchimista Sinenses.	227	Calcius.
Alea, chartarum ludus.	202	Cambalum.
Amplitudo Vrbium. 12. & opido- rum numerus.	15	Campion.
Aramuth oppid.	351	Camulop.
Arequeira arbor.	22	Canfarij.
Aromata.	38	Cantin.
Astrologia Sinensis.	66	Catamen.
Artes mechanica apud Sinas.	39	Charachis.
Adhec urbs.	334	Carchia.
Atramentum.	51	Carthana.
Ædificia.	29	Cascay.

## B.

<b>B</b> Ambuco arundo.	30	Cataium.
Benedicti Goësii iter.	331	Ceraevo.
Betre.	21	Chen.

## C, Ca.

I N D E X.

C.

- C**Abul. 336.  
**C**aiifumfu metropolis. 278.  
**C**alcia oppid. 338.  
**C**ambalu civitas. 305. 309.  
**C**ampion. 361.  
**C**amul oppid. 351.  
**C**ansas provinc. 290.  
**C**anton provinc. 294.  
**C**antonensis Vrbs. 323.  
**C**harachathui descript. 349.  
**C**archia. 358.  
**C**arthan. 356.  
**C**ascar. 333. 444. 355.  
**C**ataium magnum est Sina. 305.  
**C**ataium. 10.  
**C**era è vermiculis. 33.  
**C**heu. 9.  
**C**heman. 339.  
**C**hinicuon. 351.  
**C**hoti magistratus. 114.  
**C**hristianismi vestigia. 277.  
**C**hynchyncutas. 360.  
**C**ia. 35.  
**C**ialis Vrbs. 349.  
**C**ia-

I N D E X.

<i>Ciara bitumen.</i>	201.	<i>Ciara</i>
<i>Ciarcar.</i>	38.	
<i>Ciarcunar.</i>	342.	<i>Ciarcunar</i>
<i>Ciecialites mons.</i>	342.	<i>E</i>
<i>Cie bitumen.</i>	37.	<i>E</i>
<i>Cinsu gradus literatorum.</i>	87.	<i>E</i>
<i>Colai qui?</i>	113.	<i>S</i>
<i>Colatia.</i>	363.	
<i>Comedia Sinensium.</i>	49.	<i>F</i>
<i>Confutius Philosophus.</i>	64.	<i>F</i>
<i>opus.</i>	71.	<i>F</i>
<i>Consangui Cascro mons.</i>	345.	<i>F</i>
<i>Connubiorum ritus.</i>	186.	<i>F</i>
<i>Convivia Sinensium.</i>	156.	
<i>Coran.</i>	357.	<i>G</i>
<i>Coreoran.</i>	362.	<i>G</i>
<i>Cotan Flumen.</i>	345.	<i>G</i>
<i>Cotin.</i>	356.	
<i>Cuanfa provinc.</i>	264.	
<i>Culamba lignum.</i>	128.	<i>H</i>
<i>Cunlun mons.</i>	218.	<i>H</i>
<i>Curiales magistratus.</i>	109.	<i>H</i>
<i>provin-</i>		
<i>ciales.</i>	121.	<i>H</i>
<i>vestes &amp; insignia.</i>	127.	<i>H</i>
<i>Cutcheu provincia.</i>	291.	<i>H</i>
<i>Cyandu.</i>	363.	<i>H</i>
		<i>Cyan.</i>

I N D E X.

Cyangomor.

E.

<b>E</b> Cima.	361.
<b>E</b> Egrigaya.	363.
<b>E</b> Enam provinc.	298.
<b>E</b> Ergimul.	362.
<b>E</b> Essiram Provinc.	293.

F.

<b>F</b> Ertilitas.	18. 19.
<b>F</b> Festi dies.	190.
<b>F</b> Ficus Sinensis.	20.
<b>F</b> Flabella Sinensium.	53.
<b>F</b> Fuquien provinc.	294.

G.

<b>G</b> Hidet.	335.
<b>G</b> Gialalaback.	339.
<b>G</b> Gradus literatorum.	440.
habit. 76. examen.	80.

H.

<b>H</b> Achion.	360.
<b>H</b> Han.	9.
<b>H</b> Hia.	9.
<b>H</b> Hiarchā 343. regnica scar regia 344	
<b>H</b> Hugii.	362.
<b>H</b> Hoainingon emporium.	322.

A a

Iaco-

## INDEX.

## I.

- I**Aconich. 343.  
**I**Amcheu emporium. 322.  
**I**ncolarum numerus. 16. finitima  
regni ibidem.  
**I**udei in Sina. 269.  
**I**uotan Rex. 347.

## K.

- K**ingiu. 77.

## L.

- L**Anguin provinc. 292.  
**L**ansaii provinc. 292.  
**L**atrunculorum ludus. 203.  
**L**auzu secta. 255.  
**L**eatum provincia. 16.  
**L**ignum Sinicum. 32.  
**L**incin emporium. 322.  
**L**iteratorum secta. 235.  
**L**iteratura Sinensis. 56.  
**L**op. 359.

- L**ongana fructus. 20.

- L**ugubris vestis. 170, & ritus 179.

& seq. M.

- M**Agistratus Sinenses. 104.  
**M**edicina Sinensis. 69.

Me-

I N D E X.

- M**etalla. 27.  
**M**ilites Sinenses. 225.  
**M**ilitum numerus. 16. finitima  
regna. ibid.  
**M**uri Regni Sinensis. 354.  
**M**urus contra Tartaros. 17.  
**M**usica Sinensium. 47.  
**M**uii bituminis genus. 31.

N.

- N**anchini descript. 312.  
**N**anciani Vrbis descript. 316.  
**N**ancianum. 323.  
**N**angiudum. 323.  
**N**avigiorum ingens numerus. 320.  
**N**avigiorum multitudo. 23. 24.  
**N**omina & Cognomina Sinensia.  
196.

O.

- O**sciame sacrificuli. 252.  
**O**yman provins. 291.

P.

- P**alatum regium. 171.  
**P**apyrus sinensium. 34.  
**P**arentum Veneratio. 177.  
**P**assahr Vrbs. 334.

A a 2

Peyn.

I N D E X.

<i>Peyn.</i>	357.	Sinensis
<i>Pœnæ delictorum,</i>	204.	Sinarum
<i>Pequinensis urbis descript.</i>	299.	Sinaburi
<i>Porcellana.</i>	29.	Sinensis
<i>Potus callidus Sinensibus.</i>	157.	ferro
<i>Provinciae Sinenses, è Purchasio.</i>	288.	etiam
<i>Pucian.</i>	351.	Sinicae
<i>R.</i>		
<b>R</b> abarbarum.	32.	94.
<b>R</b> egis veneratio.	166.	Sinuibus
<i>Regis uxores &amp; concubinae.</i>	187.	biun
<i>Ritus Sinarum.</i>	142. & seq.	15.
<i>Ritus superstitionis.</i>	207.	Sinu,
<i>S.</i>		
<b>S</b> amarchan.	356.	Soydain
<b>S</b> anto provinc.	291.	Sacra em
<i>Saraceni in Sinarum regno</i>	266.	Saceuy,
<i>Sarcil.</i>	342.	
<i>Sciam. 9. capita ibidem.</i>		
<i>Scianhai urbs.</i>	328.	Talib
<i>Scientia.</i>	55.	Tali
<i>Sciequia secta.</i>	255.	Tamini
<i>Scribendi modus.</i>	63.	Tangut
<i>Serpanil.</i>	342.	Tangut
<i>Sieu-</i>		

## INDEX

Sieucai.	74.
Sinarum regni nomina.	6. 7.
Sina boreales.	305.
Sinenses liberos suos vendunt in servitutem.	216.
enecant.	217.
etiam seipsoſ.	218.
Sinica gentis corporis habitus.	192.
Sinensis regni latitudo.	324.
Sinensis Reipub. Administrator.	94.
Situs ibidem provincia.	14. 15.
urbiuum & oppidorum numerus.	
I5.	
Socieu.	352.
Som provinc.	292.
Soyohin provinc.	290.
Suceu emporium.	326.
Succuyr.	361.

## T.

T Alchaii.	362.
Talhan.	339.
Ta. min.	9.
Tangethar.	343.
Tanguth.	360.


Aa3

Tauli


I N D E X.

Tauli magistratus.	114.
Than.	9.
Temporum nota.	171.
Tenduch.	363.
Tengi badascia.	341.
Tenicin Emporium.	322.
Turphan oppid.	351.
Typographia Sinarum.	42.
	V.
<b>V</b> Anan provinc.	294.
Vestitus Sinensium.	194.
Visitandi ritus.	148.
Vquam provinc.	292.
	X.
Xauceana urbis descript.	311.
	Y.
<b>Y</b> Amsu Flumen.	315. 317.
Yu.	9.
Yuce gemma.	129.
	Z.
Zinim Emporium,	322.


F I N I S.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
224 D 4